This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Trnka z Krovic, Václac.

WENCESLAI TRNKA
DE KRŽOWITZ
S. R. I. EQVITIS MEDICIN. DOCT. IN
REG. UNIVERS. BUDENSI PATHOLO-
GIÆ PROF. P. O.

HISTORIA
FEBRIS HECTICÆ
OMNIS AEVI OBSERVATA MEDICA CONTINENS

AZ 853

VINDOBONAE,
Prostat apud RUD. GRÆFFERUM.

CIↃ IↃCC LXXXIII.

BNP

Digitized by Google

BIBLIOTHÈQUE CANTONALE
LAUSANNE
ET UNIVERSITAIRE

Digitized by Google

SERIES OPERIS.

PARS I.

CAPUT I. Definitio. pagina 1

CAPUT II. Genera a 4

I. Cauſa 5

1. Protopathica. ibid.

2. Deuteropathica: 6

a) Genetica, ibid.

b) Symptomatica. ibid.

II. Statu ſeu gradu 7

1. Inchoata ibid.

2. Adulta 8

3. Conſummata ibid.

CAPUT III. Symptomata: ibid.

1. Febris 9

a) Acceſſiones ibid.

b) Pulſus 12

c) Calor ibid.

2. Excreta 16

a) Urina ibid.

b) Alvus 19

c) Sputa ibid.

d) Sudores 21

e) Exanthemata 22

*

Digitized by Google

3. Appetentia ibid
4. Sitis 23
5. Aſthma, dyſpn. orthopn. 24
6. Tuſſis 26
7. Dolores 28
8. Vigiliæ 30
9. Ira, moroſitas ibid.
10. Delirium 31
11. Spaſmi ibid.
12. Debilitas 33
13. Habitus corporis 34
a) Macies ibid.
b) Ariditas 37
c) Color 39
d) Alopecia 40
CAPUT IV. Proegumenæ cauſæ : 41
1. Ætas ibid.
2. Temperamentum ibid.
3. Hæreditaria labes 42
4. Nervorum morbi : 43
a) Hyſterica, hypochondr. paſſio ibid.
b) Dolor 44
5. Viſcerum vitia ibid.
a) Situs pravus ibid.

Digitized by Google

b) Nexus p. n. 45
c) Infarctus, tumores 48
6. Cachexiæ 81
a) Purulenta ibid.
b) Scabiosa ibid.
c) Syphilitica 82
CAPUT V. Procatarcticæ causæ: 83
1. Æstus solis, lecti, &c. ibid.
2. Pathemata animi 84
3. Ingesta: 87
a) Dyspepta 88
b) Potus pravus 92
c) Remedia acria 97
4. Vermes 105
5. Humorum jactura 108
a) Chyli ibid.
b) Lactis 114
c) Sanguinis 115
d) Seri, lymphæ 116
e) Seminis 117
f) Spirituum 118
6. Metastases ibid.
a) Perspirabilis, sudoris ibi.
b) Sanguinis 120

Digitized by Google

c) Exanthematum 122
d) Ulcerum 123
e) Tumorum 126
7. Febres 127
a) Elodes ibid.
b) Acutæ inflamatoriæ ibid.
c) Remittentes 130
d) Intermittentes 133
8. Contagiumne etiam? 138
CAPUT VI Diagnosis: 140
I. Absoluta ibid.
II. Relativa 141
1. Intermittentium, &c. ibid.
2. Lentarum 142
3. Complicatarum 143
CAPUT VII. Prognosis. 147
1. Diuturnitas morbi ibid.
2. Effectus 148
a) Tumores varii ibid.
b) Hydropes 150
c) Lacrimar. defectus ibid.
d) Anchyloses, &c. 151
e) Phthisis ibid.
3. Curabilitas 156
4. Solvunt hecticam 158

Digitized by Google

a) Calor vel frigus ibid.
b) Appetitus automaticus 163
c) Febris in aliam verſa 164
d) Excreta varia 166
e) Metaſtaſes 182
5. Letalia indicia ſunt 185
a) Recidiva ibid.
b) Orthopnœa ibid.
c) Lethargus, coma ibid.
d) Paralyſis ibid.
e) Ulcus pulmonum ibid.
f) Maraſmus ibid.
g) Diarrhœa colliquat. 186
h) Exanthemata 187
i) Urina pinguis? 188

PARS II.

PROLEGOMENON 189

SECTIO I.

PHARMACA. 191
CAPUT I. Emetica. ibid.
CAPUT II. Cathartica 196
Contraindicantia 203
Agaricus fungus 212
CAPUT III. Aperientia 216

Digitized by Google

1. Humectantia 217
a) Aqua pura ibid.
b) Aquæ ſoteriæ 220
c) Paſſularum ſuccus 229
2. Incidentia 234
a) Ammoniacus ſal 235
b) Antihecticũ POTERII ib.
c) Cicuta 244
3. Hæmorrhagica 245
CAPUT IV. Mercurius. 248
CAPUT V. Tonica 252
1. Stomachica 253
a) Quaſſia 254
b) Mentha piperitis ibid.
2. Reſolventia 256
a) Glandes 257
b) Martialia 266
3. Balſamica, antiſeptica 271
4. Antipyreta 272
a) Saturnina 273
b) Acida mineralia 283
c) Cortex Peruvianus 285
d) MRa GRIFFITHII 296

SECTIO II.

CHIRURGIA

CAPUT I. Sanguinis miſſio 308
CAPUT II. Balnea 313

Digitized by Google

1. Tepida 314
a) Aquæ dulcis ibid.
b) Vaporis 325
c) Olei, hydrælei 326
d) Aquarum foteriarum 327
2. Frigida 328
CAPUT III. Enemata et 330
Litus, fotus, cerata 332
CAPUT IV. Ulcera. 333

SECTIO III.

DIAETA.

PROEMIUM 338
CAPUT I. Cibi, 339
1. Jura varia, ut 341
a) Panatella ibid.
b) Ptisana pulli ibid.
c) Cancrorum jus ibid.
d) Carnium jura ibid
e) Restaurantia ibid.
2. Cremores 342
3. Pulticulæ ibid.
4. Ova sorbilia ibid.
5. Gelatinæ 343
6. Fructus horæi 344
7. Semina ibid.

Digitized by Google

8. Piſces ibid.
9. Carnes ibid.
10. Ranæ, teſtudines, oſtrea ib.
11. Cochleæ 345
CAPUT II. Potus 350
I. Ptiſana hordei ibid.
II. Lac animale 351
1. Humanum ibid.
2. Aſininum 356
3. Caprillum 361
4. Vaccinum 365
Contraindicant lac 368
1. Subjecta varia ibid.
2. Cauſæ morbi quæ? 369
3. Symptomata quæ? 370
Cautelæ in uſu lactis 371
III. Serum lactis 375
IV. Lac ebutyratum 378
V. Vinumne dandum? 379
CAPUT III. Motus, et 381
Quies 383
CAPUT IV. Aer 385
CAPUT V. Lectus et 388
Somnus 389
CAPUT VI. Pathemata animi. 390.
* * *
Hiſtoriæ 7 ſelectæ. 392

FE-

Digitized by Google

HISTORIAE
FEBRIS HECTICÆ

PARS I.

DE NATURA AC VARIETATE FEBRIS HECTICAE.

CAPUT I.

DEFINITIO.

§. 1.

HECTICA *febris*, Græcis ἑκτικὸς πυρετὸς (ἀπὸ τῆς ἕξεως *habitus*) eſt febris continua remittens chronica, a paſtu veſperique ſemper ingraveſcens, et corpus pedetentim extenuans. Ea propter barbaris *habitualis* dicta eſt; „ nam

Digitized by Google

„ quoniam, inquit GALENUS (*a*), eos affe-
„ ctus, qui facile diſcutiuntur, ἐν σχέσει Græ-
„ ce vocant, qui tales non ſunt, ἐν ἕξει: con-
„ cedendum eſt, dilucidioris doctrinæ cauſa
„ etiam febrium ipſarum eas, quæ ægre diſ-
„ cutiuntur, *hecticas*, quæ facile, *ſchheticas*
„ nominari „. Hecticas porro febres GALENUS (*b*) alterutram ob cauſam ſuum emereri nomen cenſet, nimirum „ vel quoniam „ firmæ ac ſolutu difficiles ſunt, quem-
„ admodum habitus, vel quoniam ipſum
„ corporis habitum comprehenderunt „. Per habitum autem Veteres ſolidas corporis partes intelligunt, ut e GALENO (*c*) colligitur dicente: febres „ quædam .... ex putre-
„ dine humorum accenduntur, quædam vero
„ ipſas ſolidas occupant animalis partes;
„ atque eas hecticas (i. e. habituales) fe-
„ bres appellarunt „ dum prioribus putridarum nomen indiderunt. Interea tamen febris hæc meliori jure, ut A. H. FASCHIUS (*d*) vult „ dicitur Græcis ἑκτικὸς πυρετὸς, non quod

(*a*) Meth. med. L. 8. C. 1.
(*b*) De different. febr. L. 1. C. 7.
(*c*) Ibidem.
(*d*) Diſp. de ægra hectica febre laborante (4to Jenæ 1708 Reſp. E. FRANZIO) pag. 7.

Digitized by Google

„ in habitu corporis ſeu partibus ejusdem „ ſolidis inhæreat (inhærent enim et aliæ „ omnes), ſed a modo inhærendi; tantas „ enim radices in ſubjecto ſuo agit, ut in „ habitum abeat, et inſtar ἕξεως difficili ex- „ ſtinguatur negotio „ vel multo potius quod maxime conſpicua læſio ex hac febre ad ipſum corporis habitum pertineat, carnium nempe (quarum e ſtatu habitum corporis alioquin metiri conſvevimus) imminutio, extenuatio, et marcor inſignis.

§. 2.

De febris hujus indole, cauſis, et curatione HIPPOCRATI ejusque coævis Medicis vix aliquid in acceptis debemus; adeo enim exiguam illius hic illic mentionem injicit, ut ne nomen quidem hecticæ apud eundem ſit reperire: vocat ille hoc morbi genus febrem longam, langvidam, lenem (e), &c. atque ut plurimum de phthiſi agens ejus commeminit. Primus utique, quantum e monumentis Veterum ſcire licet, GALENUS hecticæ febris cum nomen tum doctrinam

(e) Sect. 5. aphor. 64.

Digitized by Google

ampliorem ad posteros dedit, quem deinceps AETIUS (*f*), ALEX. TRALLIANUS (*g*), PAULUS ÆGINETA (*h*), aliique sunt secuti. A. C. CELSUS (*i*) *febris lentæ* meminit, quæ CAELIO AURELIANO (*k*) dicitur „ *febricula latens* ... quæ initium declinante „ accipiat die, atque veniente luce levige„ tur „: sed quid lentas inter ac hecticas discriminis intersit, alibi (*) sumus visuri; ut ut sæpe hodie una pro alia citra discrimen accipiatur: neque id injuria semper; siquidem omnis hectica febris simul lenta sit, non item omnis lenta sit etiam hectica.

CAPUT II.

GENERA.

§. 3.

GENERA *hecticæ* febris apte in duo tribuere licet, quorum unum febris hujus causæ, alterum ejusdem status varius, suppeditant.

(*f*) Tetrab. 2. Serm. 1. Cap. 92. sq.
(*g*) L. 12. C. 4.
(*h*) L. 2. C. 31.
(*i*) De medicina L. 2. C. 17. L. 3. C. 9.
(*k*) Chronicor. L. 2. C. 14.
(*) Vide §. 34. No. 2.

Digitized by Google

I. Cauſa enim ſpectata eſt febris hectica

1. *Protopathica* ſeu *primaria*, aliis *eſſentialis* dicta, quæ citra manifeſtam aliam ægritudinem e ſolo ſex rerum non naturalium errore ortum ducit. Hujusmodi quidem „ febris hectica rariſſima a primo exſiſtit, inquit GALENUS (*l*); quin tamen id temporis poſſit naſci, nihil cauſæ eſt; ſed vidimus etiam non nunquam tales„: qualis vel maxime eſt, eodem teſte (*m*) „ ex triſtitia aut ira aut laſſitudine nimia una cum ſolis fervore contracta„. Cujusmodi exempla inferius (*n*) occurrent. Perperam itaque negat protopathicas febres hecticas dari G. E. STAHLIUS (*o*), qui non aliam hecticam admittendam eſſe contendit, quam quæ a labe viſcerum ulceroſa, aut alia quavis in iſthanc migrante facile, progignitur, ceterasque pene omnes ad febrium lentarum

(*l*) De præſag. ex pulſib. L. 3. C. 7.
(*m*) De different. febr. L. 1. C. 8.
(*n*) Vide §. 24. 25.
(*o*) Diſſ. de febre hectica abſceſſuum internorum comite (4to Halæ 1710. Reſp. C. VON DER FLOTT) §. 8. 12. 13. 17. ſqq. et diſſ. de hectica febre (4to ibid. 1705. Reſp. J. J. EWALD) §. 4. 6.

Digitized by Google

ab hecticis longiſſime diſtantium proſapiam rejicit.

2. *Deuteropathica* ſeu *ſecundaria*, cui morbus alius præſens aut prægreſſus originem præbuit: atque hæc rurſus duplex eſt, nimirum

a) *Genetica*, dum febres alius ordinis in hecticam degenerant, v. g. continuæ acutæ non rite judicatæ (*p*), aut intermittentes diuturnæ perperamve tractatæ (*q*), &c.

b) *Symptomatica*, quæ alteri morbo, v. g. phthiſi aut viſcerum infarctui (*r*), ſupervenit velut ſymptoma. Negat quidem D. FISCHERUS (*s*) hujuscemodi febres hecticarum nomine eſſe donandas, ut quæ *lentæ tabificæ* illius judicio dicendæ ſint (prorſus igitur contrarium ac STAHLIUM paulo ante vidimus voluiſſe); ſiquidem illam Veteres ab ea, quæ tabidis aliave labe viſcerum affectis accidit, manifeſte (ut ipſe exiſtimat) ſejunxerint. Verum mihi equidem GALENUM (*t*) prætervidiſſe FISCHERUS videtur,

(*p*) Vide §. 30 b), 48 c).
(*q*) Ibidem d).
(*r*) Vide §. 22.
(*s*) Act. nat. cur. Vol. 8. Obſ. 31. p. 80. ſqq.
(*t*) In HIPPOCR. Epid. L. 1. commentar. 3. No 9.

Digitized by Google

qui febrim hecticam inter phthiseos symptomata diserte refert: „ tabidi (inquit ille) „ hectica febre laborant nunquam cessante „. Et alibi (*): „ nec hecticas . . . febres, „ in quarum numero marcidæ sunt omnes, „ et quæ tabi sunt adjunctæ, consequuntur „ pulsus vermiculantes „ &c. Et quid cedo! opus est ejusdem prorsus indolis febrem, nisi quod diversis e causis pullulet, in duas dirimere, litemque solo de nomine movere?

II. Status porro febris hecticæ cum se se triplici prodat ratione, totidem quoque illa inde nomina est adepta, queis diversi hujus febris gradus significantur, estque hectica

1. *Incboata*, dum nimirum primis morbi temporibus ægri symptomata ejus pauca eaque levia citra manifestam corporis extenuationem (nisi forte hæc jam ante effecta fuerit) experiuntur, ad quam tamen haud ita multo post secuturam corpus jam disponitur (*u*).

(*) De præsag. ex pulsib. L. 2. C. 9. et de differ. febr. L. 2. C. 9.

(*u*) ETTMÜLLER Colleg. pract. Sect. 15. C. 5. art. 2. membr. 5. Opp. T. 2. P. 1. p. 311.

Digitized by Google

2. *Adulta*, dum jam et febris et macies manifesta adest cum symptomatibus numero ac intensitate adauctis (*x*).

3. *Consummata* seu *marasmodes*, ubi nempe numerosa ac pessima jam symptomata cum extrema macie seu vero marasmo præsto sunt, ita ut ægri sicci aridique tandem sceleta pelle tantum induta repræsentent (*y*).

CAPUT III.

SYMPTOMATA.

§. 4.

SYMPTOMATA *hecticæ* febris pro vario morbi tempore et gradu perinde variant cum numero tum intensitate. Quoniam vero limites horum graduum, præsertim ubi prior in posteriorem jam vergit, determinare non est integrum, nil aliud est reliquum, quam singula seorsim expendere, ipsiusque etiam febris varietates, pro eo ac par est, dispicere.

(*x*) Ibidem.
(*y*) Ibidem.

Digitized by Google

§. 5.

1. *Febris* ipſa', quantum ad ſenſibilia ejus phænomena pertinet, haud pauca nobis præbet conſideranda, inter qvæ

a) *Acceſſiones* ejus ante omnia ſunt intuendæ, ac vel maxime per principia morbi, tum etiam ubi febris jam adolevit. Principia ſane hecticæ non raro ſunt ejusmodi, ut aliam quamvis febrem quam hecticam futuram ominemur, dum ſub habitu vel continentis acutæ vel remittentis vel intermittentis vel ephemeræ etiam ingruit. Vidit eam HEBERDEN (z) more acutæ inflammatoriæ ingruentem deinceps remiſiſſe, et lento (ut ſolet) pede, perrexiſſe. Haud infrequenter etiam ſub catarrhalis febris habitu telam orditur, atque ita aliquamdiu imponit, velut in vidua ALBRECHTI (a), et viro NUNNII (b) accidit. Ephemeræ autem ad inſtar initia ſumpſit in topiario FORESTI (c),

(z) Medic. Abhandl. von London 2 Band n. 1. p. 4.
(a) Vide §. 22 c).
(b) Vide §. 55 c).
(c) Vide §. 25.

Digitized by Google

et puella HILDANI (*d*). Quotidianæ porro in morem caput extulit in matrona NUNNII (*e*), pergebatque hoc eodem typo in HILDEBRANDI (*f*) femina, MARXII (*g*) muliere, bimulo MORTONI (*b*) puello, ac filiolo RIEDLINI (*i*). Tertianam perinde initio referebat in puella VATERI (*k*), diutiusque ita RIEDLINI (*l*) mulieri revertebatur. Haud secius 3o quovis die FORESTI (*m*) mulieri, et alternis pene diebus HOFFMANNI (*n*) feminæ exacerbationes acciderunt. Præ primis autem circuitus intermittentibus similes est observare, ubi hæ in hecticam degenerant, velut in POTERII (*o*) Equite, cui accessiones ad instar 3^{næ} duplicatæ revertebantur. Ceterum vero „ febres lentas atque habituales, inquit

(*d*) Vide §. 22 c).
(*e*) Vide §. 55 c).
(*f*) Vide §. 38 d).
(*g*) Vide §. 53 a).
(*b*) Vide §. 28 a).
(*i*) Vide §. 36 e).
(*k*) Vide §. 38 d).
(*l*) Vide §. 53 b).
(*m*) Vide §. 30 c).
(*n*) Vide histor. 4.
(*o*) Vide §. 30 c).

Digitized by Google

„ J. W. BAUMERUS (*p*), typo 3^tia extenſæ „ brevi in hemitritæam, lentam, atque ha„ bitualem abituræ, initium capere in praxi „ clinica ſæpius a me obſervatum eſt: id in„ fantibus puerisque atrophicis, aliis ſub„ jectis ſontica viſcerum obſtructione lenta„ que inflammatione laborantibus, nec non „ ſenibus in maraſmum ſenilem inciſuris ac„ cidit „. Contrario autem fere ordine HEISTERI (*q*) in matrona morbus typum obtinuit; quippe quam febris hectica prehendens non multo poſt duplicis 3^tiæ ac demum quotidianæ ſimilis evaſit. At multo ſæpius hecticæ principia ex occulto obrepunt, quæ ob nimiam lenitatem ab ægris flocci penduntur, tenuesque id genus motus febriles levibus cauſis ſex rerum non naturalium imputantur, velut mox deſituri, qui nihilo minus deinceps ſui ſemper ſimiles ægrum detinent: „ etenim febrium hectica„ rum, inquit GALENUS (*r*), duo hæc „ ſunt propria ſigna, ſi perpetuo ſibi illæ

(*p*) Act. Scient. Haſſiac. Vol. 1. n 28. §. 17. p. 185.
(*q*) Vide §. 55 c).
(*r*) De præſag. ex pulſib. L. 3. C. 3. et de inæquali intemperie C. 5.

Digitized by Google

„ ſimiles ſint, nec invaſionem ullam acceſſio-
„ nis, nec incrementum, nec vigorem, nec
„ remiſſionem habeant, ſique febricitare ſe
„ non percipiat ægrotus „.

b) „ *Pulſus* autem tenuis, durus, ac „ debilis, et frequens „ eſt hecticis GALENO (*s*) teſte, qui a paſtu ſemper magnitudinem ac velocitatem nanciſcitur majorem. Monet nihilo minus HEBERDEN (*t*), pulſui, ut ut optimo hic ſigno, haud uſque adeo eſſe fidendum; ſiquidem inter vicenos hecticos unum forte reperire ſit, cujus in pulſibus toto morbi tempore ad mortis uſque diem nullum obſervetur vitium.

c) *Calor* porro hecticus pathognomicon febris hujus ſignum conſtituit, cujus univerſa criteria GALENUS (*u*) ad amuſſim rimatus eſt; præcipua vero caloris hujus phænomena ſunt quatuor:

1) Exiguus enim eſt collatus cum acutarum febrium calore, ac velut ſub cinere deliteſcens et gliſcens, ſemper ſui ſimilis et æqualis, ſine exacerbatione ac re-

(*s*) De differ. febr. L. 1. C. 9.
(*t*) l. c. p. 5. 6.
(*u*) l. c.

Digitized by Google

missione, nisi quam cibatio affert, nec dolorem nec aliam insignem molestiam ægris inferens: qvæ etiam ratio est, cur ægri se se febricitare haud sentiant (*v*).

2) Tactu exploratus „ cum primum „ manus admovetur, debilis est; paulo post „ vero acredinem atque erosionem quamdam „ ostendit, ac magis, cum plus tangendo „ immoraberis „ (*x*).

3) Manifestissimus tamen est in volis manuum pedumque plantis; hæc enim loca molestius calere hectici plerumque fatentur, velut id BECKERI (*y*) puerpera, BURGII (*z*) cerdo, juvenes HEISTERI (*a*) alter, alter HOFFMANNI (*b*), hujusque femina (*c*), FASCHII (*d*) virgo, matrona NUNNII (*e*), vir ETTMÜLLERI (*f*), lapicida KLAUNIGII (*g*), vinicola QVEI-

(*v*) De præsag. ex pulsib. et de inæqv. intemp. ll. cc.
(*x*) De differ. febr. l. c.
(*y*) Vide §. 26 c).
(*z*) Vide §. 47 a).
(*a*) Vide §. 71.
(*b*) Vide histor. 5.
(*c*) Vide histor. 4.
(*d*) Vide §. 30 d).
(*e*) Vide §. 55 c).
(*f*) Vide §. 30 b).
(*g*) Vide §. 27.

Digitized by Google

TSCHII (*b*), ac helluo VOGELII (*i*), ſenſere.

4) Exardeſcit vero una alterave poſt ſumptum cibum hora cum pulſu perinde facto et majore et velociore, at citra ullam præviam horripilationem. Atque iſthoc ipſum eſt hecticæ febris pathognomicum indicium. Etenim „ maximum, ait GA„ LENUS (*k*), ... tibi atque indubitatum „ hoc erit ejus naturæ indicium, ſi cibum „ homini obtuleris eo tempore, quo ma„ xime omnes horas ſuſpectas ſubterfugiſſe „ videtur; ſtatim enim hora una aut dua„ bus poſt acceptum cibum, quicunqve æ„ grotantem tetigerint, alteram febris acceſ„ ſionem adeſſe opinabuntur... Omnibus „ ſiquidem hecticis febribus hoc proprium „ et inſeparabile adeſt indicium, allato cibo „ quidem caliditatem accendi, ac pulſum ad „ magnitudinem ac velocitatem augeri, ita „ ut incompreſſa annotatio facta videatur. „ (Voco autem annotationem incompreſſam, „ in qua neque horror aliquis neque ex-

(*b*) Vide §. 38 c).
(*i*) Vide §. 26 b).
(*k*) l. c.

Digitized by Google

„ tremarum partium frigefactio facta eſt,
„ neque veluti quædam dormitatio, neque
„ aliqua inſignis pigritia, aut omnino inæ-
„ qualitas aliqua vel in caliditate vel in
„ pulſu, adhuc autem magis neque par-
„ vitas neque debilitas neque horum ali-
„ quid aliud; ſed quemadmodum et cuicun-
„ que alteri ex cibo major ſtatim ac velo-
„ cior pulſus efficitur) . . . Manifeſtius
„ autem die ſequenti hæc febris agnoſcetur,
„ ſi diligentius obſervaverimus, quouſque
„ poſt aſſumptum cibum in caliditate ac
„ pulſibus alteratio facta perduraverit: nam
„ quæcunque conſpectui ſunt obvia, eo
„ uſque manifeſte alterata apparebunt, do-
„ nec ex cibo digeſtio atque appoſitio cor-
„ dis ſiccitatem humectaverit; deinceps ad
„ priſtinum habitum revertentur, in quo,
„ antequam cibus aſſumeretur, conſpiciebun-
„ tur. Si igitur alio in tempore cibo re-
„ feceris eo, qui ſequitur, die, ac rurſus
„ die ſequenti in tempore pariter diverſo,
„ quod ajo, fieri videbis, caliditatem ſcili-
„ cet ex cibo adauctam, pulſus autem . . .
„ alteratos „ : quemadmodum in Romano
juvene AMATI (*l*), vidua FERDINAN-

(*l*) Vide hiſtor. 1.

Digitized by Google

DI (*m*), tum in VALENTINI (*n*) ſtudioſo, lapicida KLAUNIGII (*o*), ſutore SCHENFELDERI (*p*), ac viro SCHELHAMMERI (*q*) eſt obſervatum. Unde id ipſum diligenter inculcat D. SENNERTUS (*r*): „ ut ergo (inquiens) certius de hac febre „ judicari poſſit, hora cibi per aliquot „ dies eſt mutanda, et ſi calor a cibo in„ creverit 1ª 2ª 3ª 4ª die, horis cibi ſu„ mendi mutatis, tunc nullum dubium eſt, „ ægrum hectica laborare„.

§. 6.

2. *Excreta* in hecticis etſi ad pernoſcendum morbi ſtatum præteriri nequeant, multum tamen varietatis, atque adeo incertitudinis etiam, præbent, antequam ægritudo noviſſimum attigerit gradum. Ita

a) *Urina* magnopere variat, idque pro ratione cauſæ et gradus morbi. Nam ſi „ quod

(*m*) Vide §. 68 n. 2.
(*n*) Vide §. 38 c).
(*o*) Vide §. 27.
(*p*) Vide hiſtor. 7.
(*q*) Vide §. 47 c).
(*r*) De febribus L. 3. C. 2. n. 4. m. 339.

Digitized by Google

ſi „ quod ſæpius fit, inquit M. ETTMÜLLERUS (*s*), inſigne concurrat ſtomachi „ vitium, tunc urina alba pallidà craſſa et „ turbida ſubinde excernitur; ceſſante poſt „ modum appetitu et deficiente digeſtione „ urinæ tenues et perſpicuæ, intenſe tinctæ, „ &c. excerni ſolent „. Porro ubi ex intermittente gravi aut diuturna febris hectica enaſcitur, urina haud raro tincta cum lateritio ſedimento excernitur. Varietatem id genus urinarum percurrere volenti exemplo ſervient caſus BURGII (*t*), CAMERARII (*u*), ETTMÜLLERI (*x*), FASCHII (*y*), HOFFMANNI (*z*), HUXHAMI (*a*), KLAUNIGII (*b*), MARXII (*c*), NUNNII (*d*), VATERI (*e*), VOGELII (*f*), ac

(*s*) l. c. p. m. 313.
(*t*) Vide §. 47 a).
(*u*) Vide §. 48 b).
(*x*) Vide §. 30 b).
(*y*) Ibidem d).
(*z*) Vide §. 68 n. 2 et hiſtor. 5.
(*a*) Vide §. 26 c).
(*b*) Vide §. 27.
(*c*) Vide §. 53 a).
(*d*) Vide §. 55 c).
(*e*) Vide §. 38 d).
(*f*) Vide §. 26 b) et 55 a).

Digitized by Google

VOLKAMERI (*g*), &c. Ceterum haud paucis hecticis per principia urinæ ſunt, quales in ſanitate, ut in SCHELHAMMERI (*b*) viro et SCHULTZII (*i*) cholerico. Non nullis lotium ardet, ut HOFFMANNI (*k*) cholerico; parce aliis procedit, ut nobili viro BÜCHNERI (*l*), aut ſupprimitur, ut HILDEBRANDI (*m*) ægrotæ. Tandem „ hectica poſtmodum ad maraſmum progre„ diente, inquit ETTMÜLLER (*n*), uri„ na progredi ſolet copioſa, intenſe tincta, „ ſed in ſuperficie cruſta quaſi oleaginoſa, „ id eſt pinguedo aranearum telis ſimilis „ ipſi ſupernatat „ : qualem reddebant AMATI (*o*) Romanus juvenis, FISCHERI (*p*) ſtudioſus, vetula HOFFMANNI (*q*), mulier MARXII (*r*), ac ſartor SCHENFELDERI (*s*), maximeque omnium puella FORESTI (*t*).

(*g*) Vide §. 58 a).
(*b*) Vide §. 47 c).
(*i*) Vide §. 58 a).
(*k*) Vide §. 56.
(*l*) Vide §. 22 a).
(*m*) Vide §. 38 d).
(*n*) l. c.
(*o*) Vide hiſtor. 1.
(*p*) Vide §. 22 c).
(*q*) Vide hiſtor. 4.
(*r*) Vide §. 53 a).
(*s*) Vide hiſtor. 7.
(*t*) Vide §. 39 i).

Digitized by Google

b) *Alvus* morbi initio ut plurimum eſt ſegnis et adſtricta; enim vero „ feces quan„ doque ſunt duræ, ait ETTMÜLLERUS „ (*u*), imo ſæpius in principio et incremen„ to hecticæ interdum *difficulter* egeruntur; „ poſtmodum *vero* fiunt admodum liquidæ, „ et redduntur copioſe, dum nempe ſtoma„ chus omnino labefactatus nec rite conti„ net, nec debite concoquit aſſumpta. In „ ultimo hecticæ gradu fluxus alvi fere eſt „ continuus, quæ omnium peſſima eſt: ... „ unde magis magisque corpus emaciatur, „ ut iſto alvi fluxu ut plurimum hectici „ intereant „ ; id quod paſſim deinceps obſervationes edocebunt.

c) *Sputa* quoque haud raro ab hecticis tuſſi extunduntur, velut a KANOLDI (*x*) matrona, MARXII (*y*) muliere, RIEDLINI (*z*)

(*u*) l. c.
(*x*) Vide §. 25.
(*y*) Vide §. 53 a).
(*z*) Vide §. 36 e).

Digitized by Google

puero, STORCHII que (*a*) duabus feminis (*b*). Hæc vero vel mucoſa tantummodo ſunt, qualia ALBRECHTI (*c*) ac FERDINANDI (*d*) viduæ, HEISTERI (*e*) matrona, HOFFMANNI (*f*) helluones et cholericus (*g*), tum SCHENFELDERI (*h*) ſartor, ac VATERI (*i*) puella, ſcreabant, vel varia, ut NUNNII (*k*) in viro, cujus alius æger (*l*), et cujus DE LA METTRIE (*m*) meminit, cruenta etiam egerebant, vel denique purulenta, ſi hectica febris viſcerum ulceribus, præſertim pulmonalibus, ſupervenit, aut pulmonalem phthiſin accerſivit (*n*); quandoque tamen puriformia tantum ſunt, ſine ullo latente intra viſcera ulcere, qualia FORESTI (*o*) in fratre, ruſticoque FRI-

---

(*a*) Vide §. 36 a).
(*b*) Vide §. 38 d).
(*c*) Vide §. 22 c).
(*d*) Vide §. 68 n. 2.
(*e*) Vide §. 55 c).
(*f*) Vide §. 26 b). et §. 65.
(*g*) Vide hiſtor. 5.
(*h*) Vide hiſtor. 7.
(*i*) Vide §. 38 d).
(*k*) Vide §. 55 c).
(*l*) Ibidem.
(*m*) Vide §. 38 d).
(*n*) Vide §. 36 e).
(*o*) Vide hiſtor. 2.

Digitized by Google

TZII (p) juvene, ac MONROI (q) ægra fuiſſe videntur.

d) *Sudores* autem hecticis ſunt perquam familiares, *iique* crebri, debilitantes, ac vel *maxime* maciem accerſentes. Potiſſimum *vero* noctu oboriri ſolent, quo tempore febricula veſpertina ſolvitur ſine ullo levamine. Unde P. VALCARENGHI (r) „ ſi quis (ait) noctu levis apparet ſudor, „ uti plerumque fit quotidie, is quidem „ ſymptomaticus eſt, ob quem magis magis„ que corpus conſumitur et æſtuat : ideo „ tunc, cum inordinatus iſte levisque ſudor „ accidit, non mollis ſed arida fit cutis, „ atque magis vires concidunt „. Quod præ primis accidit, ubi provecto jam admodum morbo ſudores hi uberrimi corpus univerſum colliquant, de quibus G. E. STAHLIUS (s) „ ſymptoma (inquit) aliud grave „ hecticorum præcipue conſummatorum eſt

(p) Vide §. 42.
(q) Vide §. 58 b).
(r) Specim. pract. de præcip. febrib. §. 26. p. 167.
(s) Diſs. de hect. febre §. 23.

Digitized by Google

„ ſudor nocturnus, qui ſæpius tam copioſe „ emanat, ut ægrotantes aqua fuiſſe ſuper- „ fuſos jurares, dum ſingulis noctibus ſemel „ bis vel ter cum induſiis ſtragula mutare „ cogantur „. Solus HOFFMANNI (*t*) quadragenarius illum tempore matutino experiebatur. Sunt contra alii, quibus pene aſſiduus procedit, velut HEISTERI (*u*) viro, RIEDLINI (*x*) matronæ, ac VOGELII (*y*) helluoni. Plurima paſſim exempla ad hecticos ſudores pertinentia deinde occurrent. Sudoribus vero commode accenſeri poſſunt

e) *Exanthemata*, quæ non raro febris hectica in aridam licet cutem vel membranam SCHNEIDERI extrudit, at letali ut plurimum eventu (*z*), cujusmodi ſunt maculæ aut livores petechialis indolis, vel (quod frequentiſſimum eſt) aphthæ.

§. 7.

3. *Appetentia* hecticis adultæ ætatis plerumque perit, ut omnia huc collata exempla,

(*t*) Vide §. 44.
(*u*) Vide hiſtor. 3.
(*x*) Vide §. 55 a).
(*y*) Vide §. 26 b).
(*z*) Vide §. 39 h).

Digitized by Google

si Baronem LANGELOTTI (*a*) virumque SCHELHAMMERI (*b*) demas, testantur; at junioribus ac teneris præsertim, qui ob viscerum abdominalium infarctum hectica febre tenentur, non modo integra sæpe est, uti HILDANI (*c*) puellæ, sed interdum auctior etiam, ut infanti MARXII (*d*), imo vorax et canina fames KOEHLERI (*e*) juvenem, puerosque BURCHARDI (*f*), MORTONI (*g*), VERDRIESII (*h*), ac vel maxime HARTMANNI (*i*), divexavit: quid quod BENIVENII (*k*) puer pica laborarit?

§. 8.

4. *Sitis* anorexiæ plerumque comes hecticam quoque anorexia stipatam ut plurimum comitatur, cujus utique complures adsunt causæ, videlicet febrilis calor, siccitas, humorum ob hecticos sudores aquosa

(*a*) Vide §. 28 a).
(*b*) Vide §. 47 c).
(*c*) Vide §. 22 c).
(*d*) Vide §. 58 a).
(*e*) Vide §. 55 c).
(*f*) Vide §. 43.
(*g*) Vide §. 28 a).
(*h*) Vide §. 43 c).
(*i*) Ibidem.
(*k*) Ibidem.

Digitized by Google

parte orbatorum ſpiſſitudo et acrimonia, &c. Unde nil mirum eſt, hecticos ſimul eſſe ſiticuloſos, unico tantum, qui ſiti caruit, NUNNII (*l*) ægro excepto. Continua certe ſitis vexavit BECKERI (*m*) puerperam, FANTONI (*n*) nobilem, mulieremque MARXII (*o*); imo non ſedandam ſenſere BÜCHNERI (*p*) nobilis, BURCHARDI (*q*) puer, MORTONI (*r*) mulier, ac matrona NUNNII (*s*).

§. 9.

5. *Aſthma*, *dyſpnœa*, *orthopnœa*, queis interdum vel bronchiorum fervor vel vox rauca aut clangoſa copulatur. Ea enim eſt hecticæ febris indoles, ut viſcera vitalia (in primis pulmones) aut reperiat in adventu ſuo labe affecta, aut eadem non diu ſinat manere integra. Ita GEBAUERI (*t*) in puero fervor in pectore exaudiebatur, et ARNOTI (*u*) ſutor olidum halitum cum dyſpnœa

(*l*) Vide §. 55 c).
(*m*) Vide §. 26 c).
(*n*) Vide §. 22 c).
(*o*) Vide §. 53 a).
(*p*) Vide §. 22 c).
(*q*) Vide §. 43.
(*r*) Vide §. 62.
(*s*) Vide §. 55 c).
(*t*) Vide §. 44.
(*u*) Vide §. 38 d).

Digitized by Google

et quandoque sibilo habuit. Cerdo BURGII (*y*) asthma, orthopnœam BARTHOLINI (*z*) vir consularis et BÜCHNERI (*a*) nobilis perpessi sunt. *Laborioſe* etiam spirabant vidua ALBRECHTI (*b*), virgo apud S. ANDREE (*c*), mulier CAMERARII (*d*) et MARXII (*e*), puerpera DILLENII (*f*), æger HEISTERI (*g*), puella HILDANI (*b*), tum HOFFMANNI cholericus duoque helluones (*i*), MORTONI (*k*) puer, RIEDLINI (*l*) mercator, homo STAHLII (*m*), juvenisque ZACUTI (*n*). Rauci autem fuerunt hectici HEISTERI (*o*) juvenis, civis HOECHSTETTERI (*p*), ac POTERII (*q*) Princeps; ravim dyspnœamque TRILLERI (*r*) scriba perpessus est:

(*y*) Vide §. 47 a).
(*z*) Vide §. 38 a).
(*a*) Vide §. 22 c).
(*b*) Ibidem.
(*c*) Vide §. 38 d).
(*d*) Vide §. 48 b).
(*e*) Vide §. 53 a).
(*f*) Vide §. 22 c).
(*g*) Vide hiſtor. 3.
(*b*) Vide §. 22 c).
(*i*) Vide §§. 56. 26. b), et hiſtor. 5.
(*k*) Vide §. 28 a).
(*l*) Vide §. 62.
(*m*) Vide §. 30 d).
(*n*) Vide §. 38 a).
(*o*) Vide §. 71.
(*p*) Vide §. 38 d).
(*q*) Vide §. 48 b).
(*r*) Vide §. 29 a).

Digitized by Google

contra vero clangoſam vocem cum ſpiratione difficili puerpera DILLENII (*s*) eſt adepta.

§. 10.

6. *Tuſſis* quoque ſæpenumero ſe ſe hecticæ febri ſociare aſſolet, eaque vel idiopathica vel ſympathica, vel ſicca vel humida. Tuſſiculoſi erant hectici S. ANDREE (*t*), ARNOTI (*u*), BARTHOLINI (*x*), BURGII (*y*), DILLENII (*z*), FORESTI (*a*), GEBAUERI (*b*), GRIFFITHII (*c*), HASENESTII (*d*), HEISTERI (*e*), HILDANI (*f*), LOTICHII (*g*), MORTONI (*h*), NUNNII (*i*), QVEITSCHII (*k*), RIEDLINI (*l*), SCHENFELDERI (*m*), STORCHII (*n*), ac ZACUTI (*o*). Inanis vero

(*s*) Vide §. 22 c).
(*t*) Vide §. 38 d).
(*u*) Ibidem.
(*x*) Ibidem a).
(*y*) Vide §. 47 a).
(*z*) Vide §. 20 c) et 30 c)
(*a*) Vide §. 25 et 39 g).
(*b*) Vide §. 44.
(*c*) Vide §. 55 d) et 65.
(*d*) Vide §. 22 b).
(*e*) Vide hiſtor. 3.
(*f*) Vide §. 22 c).
(*g*) Vide §. 55 et 29 b).
(*h*) Vide §. 28 a) et 55 c).
(*i*) Vide §. 55 c).
(*k*) Vide §. 38 c).
(*l*) Vide §. 53 b) et 75.
(*m*) Vide hiſtor. 7.
(*n*) Vide §. 29 e) et 36 e).
(*o*) Vide §. 38 a).

Digitized by Google

ac ficca tuffis erat, quam experta eſt BINNINGERI (*p*) ac WEYGANDI (*q*) puella, BORELLI (*r*) Dux, DELII (*s*) ſenex, literatus (*t*), et juvenis (*u*), tum DILLENII (*x*) Comes et magiſter equitum (*y*) et puerpera (*z*), FORESTI (*a*) cognatus, GRIFFITHII femina (*b*) ac puella (*c*), HOFFMANNI (*d*) matrona, KOEHLERI (*e*) juvenis, MARXII pueri ac mulieres (*f*), MURALTII (*g*) lactans, NUNNII (*h*) præceptor ac femina (*i*), POTERII faber (*k*) et monacha (*l*), homo STAHLII (*m*), ac STORCHII (*n*) femina, TRILLERIque ſcriba (*o*),

---

(*p*) Vide §. 58 a).
(*q*) Vide §. 22 c).
(*r*) Vide §. 38 d).
(*s*) Vide §. 22 c).
(*t*) Ibidem.
(*u*) Vide §. 48 b).
(*x*) Vide §. 53 b).
(*y*) Vide §. 30 c).
(*z*) Vide §. 22 c).
(*a*) Vide §. 25.
(*b*) Vide §. 55 d).
(*c*) Vide §. 58 a).
(*d*) Vide §. 68 No 2.
(*e*) Vide §. 55 c).
(*f*) Vide §. 53 a).
(*g*) Vide §. 28 b).
(*h*) Vide §. 55 c).
(*i*) Ibidem.
(*k*) Ibidem a).
(*l*) Vide §. 48 b).
(*m*) Vide §. 30 d).
(*n*) Vide §. 36 a).
(*o*) Vide §. 29 a).

Digitized by Google

§. II.

7. *Dolores* etiam quandoque ab hecticis percipiuntur, at non tam ex ipſo morbo, a quo GALENUS, ut ſuperius (*p*) vidimus, eos abeſſe notat, quam ex ipſis potius morbi cauſis. Quæ etiam ratio eſt, quod hecticorum uni caput, ſtomachus alteri, aliis artus, &c. doleant. De cephalalgia BINNINGERI (*q*) puella, CAMERARII (*r*) mulier, HOFFMANNI (*s*) femina, METZGERI (*t*) miles, ac STORCHII (*u*) puerpera querelas moverunt; carebariam vero tantum ſenſere DILLENII (*x*) puerpera, TRILLERI (*y*) ſcriba, juvenisque ZACUTI (*z*). Pectore dolebat ARNOTI (*a*) ſutor, monachus HAENII (*b*), homoque HEISTERI (*c*); ſtomachi vero cruciatus perpeſſa eſt puerpera BECKERI (*d*), matrona KANOLDI (*e*),

---

(*p*) Vide §. 5. c. No 1.
(*q*) Vide §. 58 a).
(*r*) Vide §. 48 b).
(*s*) Vide hiſtor. 4.
(*t*) Vide §. 53 a).
(*u*) Vide §. 36 a).
(*x*) Vide §. 22 c).
(*y*) Vide §. 29 a).
(*z*) Vide §. 38 a).
(*a*) Ibidem d).
(*b*) Vide §. 45.
(*c*) Vide hiſtor. 3.
(*d*) Vide §. 26 c).
(*e*) Vide §. 25.

Digitized by Google

æger STAHLII (*f*), ac puella WEYGANDI (*g*). Tormina porro ſuſtinuit ALBRECHTI (*b*) vidua, DILLENII (*i*) Comes, æger apud LANDAIS (*k*), tum MARXII mulier ac puella (*l*), et puer VERDRIESII (*m*). Siniſtri hypochondrii dolore tenebatur GOETZII (*n*) plebeia ac RIEDLINI (*o*) filius. In funiculo ſpermatico eundem percepit RAULINI (*p*) æger. VIRIDET (*q*) quoque meminit illuſtris feminæ a febre lenta ad extremam redactæ maciem, quæ ſemper a cibo potuve pungentem in inguine dolorem patiebatur. Artuum vero doloribus binæ HOFFMANNI (*r*) feminæ fuere obnoxiæ. Totius denique corporis dolores HILDANI (*s*) puellam affligebant. HEBERDEN (*t*) perinde monet, dolores arthriticis ſimiles ſæpe adeſſe, eosque vel fixos vel vagos, a ma-

---

(*f*) Vide §. 30 d).
(*g*) Vide §. 22 c).
(*b*) Ibidem.
(*i*) Vide §. 53 b).
(*k*) Vide §. 26 a).
(*l*) Vide §. 53 a).
(*m*) Vide §. 22 c).
(*n*) Vide §. 38 d).
(*o*) Vide §. 36 e).
(*p*) Vide §. 50.
(*q*) Traité des Vapeurs.
(*r*) Vide §. 14 No 3, et hiſtor. 4.
(*s*) Vide §. 22 c).
(*t*) l. c. p. 4.

Digitized by Google

li tamen ſede remotiſſimos, qui quandoque ſævientes haud parcam opii doſin expoſcant; vulgo tamen iis tantum ægris accidere, qui hecticam a phthiſi pulmonali ſunt adepti.

§. 12.

8. *Vigiliæ* proinde ab hectica febre nequaquam abeſſe poſſunt, quarum tot præſto ſunt cauſæ, nimirum dolores et febris in noctem excurrens, dyſpnœa, ſiti, tuſſi, ſudore, et importuno alvi fluxu quietem interturbans.

§. 13.

9. *Ira moroſitas*ve familiares perinde febris hecticæ pediſſequæ eſſe conſveverunt, licet pauci id adnotarint ſcriptores præter G. E. STAHLIUM (*u*), qui hecticos ad iram pronos eſſe diſerte obſervat, quodque etiam NUNN (*x*) ſua in matrona, et VATERUS (*y*) in puella hectica, verum eſſe deprehende-

(*u*) Diſſ. de hectica febre (Reſp. J. J. EWALD 4. Halæ 1705) §. 4.
(*x*) Vide §. 55 c).
(*y*) Vide §. 38 d).

Digitized by Google

runt; in KNIGGII (z) autem viro morositas pusillanimitasque est observata.

§. 14.

10. *Delirium* quoque interdum ad cetera hujus febris symptomata accedere observatur, ut in ARNOTI (a) sutore, leve illud quidem, neque continuum, at quandoque ominosum. Ex intervallis illud observare fuit in DILLENII (b) Comite; in viro autem SCHELHAMMERI (c) ac helluone VOGELII (d), quoties clausis oculis dormire satagerent, notabatur; SCHEUCHZERI (e) denique conjugi sub morbi finem advenit.

§. 15.

11. *Spasmi* clonici tonicive, ut ructus, vomitus, singultus, tremores, convulsiones artuum, &c. non tam ab hectica, quam

(z) Vide §. 52 b).
(a) Vide §. 38 d).
(b) Vide §. 53 b).
(c) Vide §. 47 c).
(d) Vide §. 26 b).
(e) Vide §. 44.

Digitized by Google

hujus potius cauſis, aliquando apud hecticos obſervantur. Sic octogenarius HOFFMANNI (*f*) ructus nauſeasque perpeſſus eſt; vomitui obnoxii fuere ALBRECHTI (*g*) vidua, BENIVENII (*h*) ac VERDRIESII (*i*) pueri, ſexagenarius DELII (*k*), nobilis FANTONI (*l*), puellæque MARXII (*m*), SEGERI (*n*), et VATERI (*o*); de pectoris conſtrictione juvenis KOEHLERI (*p*), de palpitatione cordis BINNINGERI (*q*) puella, FERDINANDI (*r*) vidua, puerque HARTMANNI (*s*) querebantur; anginam cum ſingultu ac tremore BARTHOLINI (*t*) Conſularis vir, cum difficultate loquendi puella HILDANI (*u*) pertulit; ſcriba TRILLERI (*x*) tremorem, hyſtericos ſpaſmos ægra MURALTII (*y*), ac denique

(*f*) Vide §. 29 b).
(*g*) Vide §. 22 c).
(*h*) Ibidem.
(*i*) Ibidem.
(*k*) Ibidem.
(*l*) Ibidem.
(*m*) Vide §. 53 a).
(*n*) Vide §. 22 c).
(*o*) Vide §. 38 d).
(*p*) Vide § 55 c).
(*q*) Vide §. 58 a).
(*r*) Vide §. 68 No 2.
(*s*) Vide §. 22 c).
(*t*) Vide §. 38 a).
(*u*) Vide §. 22 c).
(*x*) Vide §. 29 a).
(*y*) Vide §. 28 b).

Digitized by Google

nique in conuulſiones ſub vitæ finem FORESTI (z) cognatus et WEYGANDI (a) puella, incidérunt.

§. 16.

12. *Debilitas* virium ac languor membrorum pro febris magnitudine ac vacuationum ubertate et natura cauſæ hecticam inducentis majore minoreve in gradu ſemper obtinent; haud enim diu vires in hecticis conſiſtere poſſunt, ut quas anorexia, ſpiratio laborioſa, tuſſis, dolores, vigiliæ, profuſi ſudores, alvus fluxa, &c. ſenſim ad incitas redigant. Debilitas enim cum ipſo morbo ita pedetentim invaleſcit, ut demum hectici vix ſe ſe commovere, vix loqui valeant, id quod præ ceteris BURCHARDI (b) puer, GRIFFITHII (c) juvenis, HILDEBRANDI (d) femina, ac SCHENFELDERI (e) ſartor, ſunt experti.

(z) Vide §. 25.
(a) Vide §. 22 c).
(b) Vide §. 74.
(c) Vide §. 55 d).
(d) Vide §. 38 d).
(e) Vide hiſtor. 7.

Digitized by Google

§ 17.

13. *Habitus corporis* denique ſupereſt perluſtrandus, ex quo vel maxime *magnitudinem* hecticæ metiri licet. In hoc præſertim ſpectatur

a) *Macies* pedetentim invaleſcens ac demum nil niſi cutem et oſſa ægro relinquens, tanquam princeps hecticæ phænomenon; nec abs re, cum tot ejus cauſæ hoc in morbo præſto ſint, videlicet tales ſæpe morbi ipſius cauſæ, quæ chyli in ſanguinem trajectum morantur (*f*), tum ſudorum vis et alvi fluxus, anorexia, cachexia, vigiliæ, &c. Unde corporis marcor continenter creſcit, quoad evidens conſequatur *maraſmus* cum HIPPOCRATICA facie, cui non multo inde poſt mors ſupervenit. Graphice id GALENUS (*g*) depingit: „ hectica quidem (ait ille), „ quæ cum tabe coincidit, febris cognitu „ promptiſſima atque facillima exiſtit. Nam „ priusquam pulſus atque calorem tactu per„ pendas, videbis oculos immodice conca„ vos, veluti quibusdam quaſi foveis re-

(*f*) Vide §. 22 c).
(*g*) De differ. febr. L. 1. C. 9.

Digitized by Google

„ conditos, exhauſto jam univerſo in ipſis
„ liquore, ita ut oſſium, quibus palpebræ
„ cohærent, eminentiæ conſpiciantur, et
„ ſordes quidem in ipſis ſiccæ appareant, et
„ quædam veluti ſqualida diſpoſitio, qualis
„ maxime ineſt iis, qui toto die ſub ſolis
„ ardore iter longum per pulverem egerunt.
„ Eſt etiam in eisdem flos vitalis coloris ex-
„ ſtinctus. Hoc quidem tota patitur facies,
„ atque in tota cute, qua faciem obducit ac
„ frontem præſertim, ſqualor immoderatus
„ conſpicitur, adeo ut ex ſiccitate dureſcat
„ ac circumtendatur; non tamen poſſunt
„ plurimum producere palpebras dormitan-
„ tibus ſimiles, et quidem ſæpius conni-
„ vent dormitantium more; non eſt autem
„ eorum paſſio ſomnus, ſed vigilandi im-
„ potentia. Contabuere etiam carnes, quæ
„ in temporibus ſunt, ut collapſa videantur
„ et concava ſpatia. Et quid aliud omnino
„ ſunt, quam oſſa atque cutis? adeo ut ſi
„ nudato corpore partes ad ventrem attinen-
„ tes aſpicias, atque ex inteſtinis aut ulce-
„ ribus aliquod ſupereſſe cenſueris, ac præ-
„ cordia vehementer contracta verſus thora-
„ cem videantur. Quod ſi eos tangere li-
„ beat, cutis quidem apprime eſt arida,

Digitized by Google

„ quam si digitis apprehendens extenderis, „ instar pellis consistit „. Atque hujusmodi maciem ossam alii vocant, alii sceletis comparant, alii denique marasmum appellant, cujus deinceps numerosa passim occurrent exempla. Unde etiam nil mirum est, cor in ejusmodi cadaveribus reperiri aridum, contractum, ac nigrore infectum, quale THIERMAIR (*b*) ab se visum testatur. Venter interea etsi in plerisque vacuus præ macie videatur, in tenera tamen ætate in hecticam ab infarctu mesentericarum glandularum delapsa ut plurimum turget ac protuberat, quem ad modum in MYRRHENII (*i*) ac THEBESII (*k*) pueris, tum GOHLII (*l*), VATERI (*m*), et WEYGANDI (*n*) puellis, ac binis infantibus MARXII (*o*) est observatum. Venetus ergo juvenis RHODII (*p*) hectica febre sine macie laborans

(*b*) T. BONET. sepulcr. anat. L. 4. S. 1. Obs. 12. §. 1.
(*i*) Vide §. 22 c).
(*k*) Vide §. 53 b).
(*l*) Vide §. 29 c).
(*m*) Vide §. 38 d).
(*n*) Vide §. 22 c).
(*o*) Vide §. 53 a).
(*p*) Vide §. 43.

Digitized by Google

non ultra primum ejusdem ſtadium progreſſus fuiſſe cenſendus eſt. Huic vero hecticæ maciei

b) *Ariditas* oris cutisque individuus comes eſt: unde cutis tam dura evadit, ut corium, membranam Pergamenam, arboreumve corticem æmuletur. „ Singulare, inquit „ J. H. SCHULZE (*q*), eſt in his talibus „ phænomenon cutis, quod plures obſerva„ runt, eam non perinde ut in illis, qui „ ex alia cauſa emaciantur, flaccidam, pen„ dulam, et rugoſam eſſe, ſed inſtar corii „ duram, ac quaſi arborum morientium cor„ ticem, exſiccatam „. Nam etſi in rariſſimo HUXHAMI (*r*) caſu mollities muſculorum percepta fuerit; in aliis tamen omnibus cutis plus minus dura eſt obſervata. Duriſſimam ſane hectico in viro repererat MORGAGNIUS (*s*), Pergamenæ erat ſimilis in juvene MONROI (*t*) femina, &c. Jacturæ

(*q*) Diſſ. de febre lenta & hectica (4to Halæ Reſp. C. E. SEEBODE) § 9. p. 12.
(*r*) Vide §. 26 c).
(*s*) Vide §. 22 b).
(*t*) Vide §. 58 b).

Digitized by Google

id procul dubio tenuiorum humorum *tribuendum* eſt, a qua tanta cutis aridităs ac durities enaſcitur, quanta vel in SMETII (*u*) bajulo fuit, vel in FORESTI (*x*) jurisperito. „Cutis hæc durities, inquit J. B. MORGAGNIUS (*y*), ſive cultro ſive acubus „ tentes, manifeſtiſſima non in phthiſicis ſolum, in quibus plures experti id ſunt, ſed „ in aliis pariter, quos valde macies extenuaverit, ſecantibus occurrit, vel *quod* „ nihil pingvedinis in ſubjecta adipoſa membrana ſupereſt, a cujus inunctione mollis „ illa ſervetur, vel quod non propter pingvedinem modo in muſculorum interſtitiis, „ ſed et propter humores paſſim in horum „ vaſculis magna ex parte deficientes carnes „ concidunt, ut cutis non amplius diſtenta „ ſe in ſe ipſam contrahat et craſſior *fiat*; „ quam ob contractionem, rugasque propterea non majores tantum ſed etiam minimas, ejus perit nitor . . . Contra a ſubjecta pingvedine diſtenta cutis et nitet, „ . . . et mollior ſervatur, ut in ſuillo corio

(*u*) Vide §. 36 d).
(*x*) Vide §. 25.
(*y*) De ſedib. et cauſ. morbor. Epiſt. 49. No 17.

Digitized by Google

„ in minutiſſimas partes concidendo vel far-
„ ciminum confectores norunt eo leviori la-
„ bore utentes, quo pingvior ſus erat, eo
„ majori, quo minus „.

c) *Color* porro faciei ac reliqui corporis perinde notatu haud indignus eſt. Quantum ad univerſi corporis colorem attinet, luridus hic et omni nota cachecticus eſt cum ſqualore inſigni; nam vel mœſtum pallorem cadaveroſum, ut in FASCHII (*a*) virgine, et CAMERARII (*b*) muliere, exhibet, vel ictericus aut lividus eſt, aut ex utroque miſtus: ictericum habuit BECKERI (*c*) puerpera, lividum ictericum HILDEBRANDI (*d*) femina, ac vir, cujus LANDAIS (*e*) meminit, plumbeum quadragenarius HOFFMANNI (*f*), ac lividum DELII (*g*) ſenex. Facies vero

(*a*) Vide §. 30 d).
(*b*) Vide §. 48 b).
(*c*) Vide §. 26 c).
(*d*) Vide §. 38 d).
(*e*) Vide §. 26 a).
(*f*) Vide §. 44.
(*g*) Vide §. 22 c).

Digitized by Google

hecticorum id simul peculiare habet, quod increscente a pastu febrili calore erubescat cum æstu; nam G. E. STAHLIO (*b*) teste „ faciei phlogosis ac rubor post pastum au„ ctus præcipuum hecticæ symptoma est „. Et alias quoque idem hic Auctor notat (*i*), ruborem illum a cutis vicinæ pallore manifeste ac velut e præcipiti limitari, quale quid in FASCHII (*k*) virgine ac NUNNII (*l*) matrona, cui volæ quoque a pastu rubuere, videre fuit. Denique

d) *Alopecia* cum pediculorum proventu in summo hecticæ (at ut plurimum symptomaticæ tantum cum phthisi) gradu supremam deformitati symbolam addit. Sartori tamen SCHENFELDERI (*m*) numerosi pediculi citra alopeciam fuere molesti.

(*b*) Diss. de hectica febre §. 21.
(*i*) Colleg. cas. maj. Casu 42. p. 429.
(*k*) Vide §. 30 d).
(*l*) Vide §. 55 c).
(*m*) Vide histor. 7.

Digitized by Google

CAPUT IV.

PROEGUMENÆ CAUSAE.

§. 18.

1. AETAS tametsi omnis huic morbo pateat, ob communes ejus causas; vel maxime tamen *tenera* ac *provecta* eidem est expositа: ista ob majorem humorum acrimoniam, languorem stomachi, facilioremque solennium vacuationum suppressionem; illa vero ob vermes, variolas, infarctus mesenterii, et id genus alia sibi familiaria mala, quæ inferius ordine videbimus.

§. 19.

2. TEMPERIES *ficca et calida.* Namque GALENO (*n*) teste „ nullus eorum, „ qui habitu corporis præditi sunt humidiore, statim ab initio hujuscemodi febre „ correptus fuit; sed quicunque sunt natura ficciores, ac præsertim si una calidam habuerint temperaturam, vitamque

(*n*) De differ. febr. L. 1. C. 9.

Digitized by Google

„ elegerint in laboribus vigiliis ac curis, „ victuque pauco, hos ſtatim ab initio ſo- „ let hectica febris invadere ex ira vel „ triſtitia, ac magis æſtate, ſtatuque tem- „ poris calido et ſicco, ac loco propterea „ conſimili „. Diligenter hæc ſuis in ægris FORESTUS (*o*) notaverat; alii contra plerique neglexere: imo ſunt non nulla corpora ita natura ſua comparata, ut primo fere obtutu omnia ad hecticam ex facili contrahendam conſpirare videas, qualis fuerat SCHEÜCHZERI (*p*) conjux.

§. 20.

3. HAEREDITARIA *labes*. Quemadmodum enim phthiſica parentum ægritudo haud raro in proles quoque traducitur: ita hectica etiam diſpoſitio et character facile iisdem communicatur. Hæreditaria id genus hectica FERDINANDI (*q*) in vidua et viro NUNNII (*r*) eſt obſervata. Præ primis vero diſpoſitio ad hecticam prolibus a paren-

(*o*) Vide §§. 25. 30 c) &c.
(*p*) Vide §. 44.
(*q*) Vide §. 68 n. 2.
(*r*) Vide §. 55 c).

Digitized by Google

tibus pulmonum phthisi aliave labe affectis imprimi solet. Ita puerpera DILLENII (*s*) ex matre phthisica nata, et octennis illa puella similem nacta matrem (*t*), nec non STORCHII (*u*) puerpera, et HOFFMANNI (*x*) cholericus, ob gentilitiam pulmonum labem in hecticam inciderunt.

§. 21.

4. NERVORUM *morbi*, vel diuturni vel vehementes haud infrequenter ægros ad hecticam febrem sensim disponunt, ut

a) *Hysterica*, *hypochondriaca affectio*, si crebro si intense afflixerit; velut id hystericæ GRIFFITHII (*y*) et HOFFMANNI (*z*), ac mercator hypochondriacus RIEDLINI (*a*), sunt experti.

(*s*) Vide §. 22 c).
(*t*) Vide §. 72.
(*u*) Vide §. 36 a).
(*x*) Vide §. 56
(*y*) Vide §. 55 d).
(*z*) Vide §. 68 n. 2.
(*a*) Vide §. 62.

Digitized by Google

b) *Dolor* ſævus ac diuturnus, v. g. arthriticus, a quo RIEDLINI (*b*) juvenis hecticam contraxit, vel abſceſſuum diu clauſorum, qualis MORTONI (*c*) matronæ quinquagenariæ ac RIEDLINI (*d*) mercatori hecticam acciverat.

§. 22.

5. VISCERUM *vitia* varia, præſertim abdominalium, inter quæ in primis notari merentur

a) *Situs* pravus organorum chylopoieticorum, præſertim ventriculi, cujusmodi caſum J. C. GOETZ (*e*) obſervavit, conſecando nempe cadaver feminæ diu clinicæ ac demum ex hectica mortuæ, in quo inter phænomena alia hecticis non inſveta ventriculum reperit non in ſitu ſolito horizontali, ſed ad perpendiculum juxta coſtas lævi lateris, cui fundo ſuo accumbebat, deſcen-

(*b*) Vide §. 47 c).
(*c*) Vide §. 62.
(*d*) Ibidem.
(*e*) Annal. Vratisl. Tent. 14. A. 1720 Octobr. cl. 4. art. 7. p. 444. ſq.

Digitized by Google

dentem, lienemque una cum illo ad diaphragma usque sursum compulsum. Per de in puello aliquot mensium, inde a nativate miserrimo, emaciato, qui parum edit, clamosus, et ad remedia quæque detectus habens, tandem *obiit*, præter ingens par ventriculum quoque ita male conformum *reperit*, ut fundo (credo arcu mori) diaphragma, orificiis vero, quorum lum tantisper conflexum ac sursum obversum uit, pelvim spectarit; ventriculus ipse per tues membranulas vertebris ac diaphragmati nectebatur. Colon flatu distentissimum ertum, cujus tumor in vita adhuc maeste tactui se se obtulit. Rectum intestin fecibus olidissimis albis mucidis chylifo bus, quales vivus puer sæpe egerebat, enum erat; nam alvum semper lubricam buit, cibum plerumque haud diu retinen

b) *Nexus* præternaturalis or icarum partium, præcipue chylopoieticar ut est mutua viscerum concretio, qualer n hecti- ci pueri cadavere detexit MYREN (*f*), et etiam „ ejusmodi tragicur asum ex- „ periri . . . mihi, inquit HASEN-

(*f*) Vide inferius in c).

Digitized by Google

„ ST (g), datum fuit . . . in puerulo il-
„ lſtri, qui poſthabitis omnibus meis de-
„ bitationibus juſſu matris gracilitati ſtu-
„ entis faſciatione arctius quotidie compri-
„ ebatur, detractis inſuper ſufficienti nu-
„ imento et lacte materno, ſolo decocto
„ e paſſulis, liquiritia, et ſemin. aniſi edu-
„ ci cœpit, ſub quo et quidem totius
„ vitæ tempore infans intra velamenta ſtri-
„ ctora anxius multis vexabatur puſtulis ma-
„ culisque ſupra abdomen et pectus conſpi-
„ cuis, æſtu volatico, aphthis, corporis
„ ſucceſſiva contabeſcentia, tuſſi vehemente,
„ et continuo cœruleo circa frontem et ocu-
„ los colore, abſceſſuque ſupra aurem ſini-
„ ſtram contumaci; donec totus emaciatus et
„ vere gracilis vinculis hiſce morte inter-
„ veniente liberatus fuerit, anno ætatis ſuæ
„ vix unico ſuperato. Aperto cadavere re-
„ peri 1) cor pericardio uncias 4 vel 5 aquæ
„ continente et diaphragmati ad 3 transver-
„ ſorum digitorum ſpatium annexo involu-
„ tum ſine offenſa. 2) Pulmones pleuræ
„ circum circa variis in locis firmiter affixi

(g) Act. nat. cur. Vol. 4. Obſ. 146.

Digitized by Google

„ erant, in anteriore ſternum verſus parte
„ albicantes, laxiores, et muco pituitaque
„ referti, in poſteriore autem dorſum attin-
„ gente parte indurati inſtar hepatis ex fuſco
„ nigricantis apparebant. 3) Abdomen una
„ cum integumentis communibus et partibus
„ cum continentibus tum contentis non niſi
„ manu facta artificioſa ſeparatione a ſe invi-
„ cem diſtingvendis, unam quaſi conſtitue-
„ bat maſſam, nullibi, excepto ventriculo,
„ inteſtinis, folliculo fellis, et vaſis ſangui-
„ nem vehentibus, cavitatem admittentem,
„ parte parti circum circa firmiter mediante
„ p. n. coalitione annexa adeo, ut niſi in-
„ teſtina cavitatem ſuam, licet vix ad digiti
„ minimi admiſſionem amplam, adhuc reti-
„ nuiſſent, totus venter inferior in integra
„ peripheria unicam formaſſet molem nulli-
„ bi liberam. Sola veſica urinaria et ven-
„ triculi pars anterior ſine nexu p. n. con-
„ ſpiciebantur; hic autem flatibus valde
„ expanſus erat, et ob glandulas induratas
„ tactui ſe offerebat inſtar tunicæ milii gra-
„ nis perſperſæ. Meſenterium a ceteris par-
„ tibus arte liberatum maxima ex parte cor-
„ ruptionis putredinoſæ labe conſpurcatum
„ vidi una cum glandulis undique ſcirrhoſis,

Digitized by Google

„ lapillos et arenulas diverſæ magnitudinis „ æmulantibus. Hepar conſpectui ſe dedit „ totum pene induratum, præter naturam „ magnum, folliculum felleum in ſe conti- „ nens, valde expanſum, humore *biliofo* „ limpidiore ℥j pondere ſuperante refertum. „ Lien una cum pancreate non minus indu- „ rationi ſuccubuit, renibus interim *adhuc* „ ſalvis. Plura obſervare nec mirus com- „ plicatusque nexus, neque temporis ratio, „ neque parentum patientia, permiſere „. Forte et hujus loci eſt J. B. MORGAGNII (*b*) obſervatio de viro macie confecto ac demum mortuo, cujus in cadavere haud aliud vitium repertum eſt, præter cerebrum laxiſſimum, durioremque duram matrem, et arachnoideæ circa poſteriorem ſpinalis medullæ partem ſolito arctius adhærentem. Cutis autem, ut in tabidis ſolet, duriſſima adfuit.

c) *Infarctus tumoresve* ſeu epidemici ſeu ſporadici. Ad epidemicos pertinent, quorum C. STRACK (*i*) meminit; licet iis non

(*b*) l. c. No 16.
(*i*) Act. acad. Mogunt. T. 1. p. 319.

Digitized by Google

non tam hecticæ quam lentæ ſimplices febres, cum tantum veſpertinas habuiſſe dicantur exacerbationes, videantur fuiſſe conjunctæ. Sporadice tamen hecticas febres ab infarctu viſcerum eorumque tumoribus oriri non pauca commonſtrant obſervata. Sic apud A. BENIVENIUM (k) „ P. ALDIMARIUS fi„ lium habuit, qui cum 8um jam ageret an„ num, in corruptum incidit appetitum, quo „ calculos ruderaque comedens in lentam tan„ dem febriculam devenit, indeque proce„ dente tempore et ventriculus non conti„ nere et venter fluere cœpit: adeoque duo„ bus his malis vexatus eſt puer, ut paucis „ etiam diebus e vita diſceſſerit. Hujus nos „ cum . . . emortuum corpus incidiſſemus, „ repertus eſt callus inter venas . . . me„ ſeraicas, . . . a quo cum venæ ipſæ adeo „ obſtruerentur omnes, ut ferri inde ſanguis „ ultra non poſſet, neceſſe fuit puerum e „ vita migrare „. Hujusmodi glandulosi meſenterii tumores frequenter febrim hecticam cum in adultis tum præſertim tenera ætate ſibi adſciſcunt. Ita et A. MYRRHEN (l)

(k) De abditis Cap. 37.
(l) Miſc. nat. cur. dec. 3. ann. 9. obſ. 218.

Digitized by Google

puerile „ cadaver . . . secuit: invenit glan-
„ dulas mesenterii totaliter obstructas, tu-
„ mentes, viscera interna mirabiliter con-
„ creta, ordine confuso concatenata ac con-
„ glutinata. Puerulus dum viveret, con-
„ questus de phlogosibus, diarrhœa, tumen-
„ te ventre, flatus vel vermes mentiente,
„ atrophia chronice affligente „. Perinde
J. M. VERDRIESII (*m*) „ puellus 4 circiter
„ annorum, vegetus atque utcunque valens,
„ addiphagiæ (ut in illa ætate solent) in-
„ dulget: hinc sæpe de ventris torminibus
„ queritur mox remittentibus mox inva-
„ lescentibus, ita ut vermium in intestinis
„ latentium suspicio medicis subnasceretur.
„ Præscribuntur incidentia aperitiva, anthel-
„ mintica cum antispasmodicis, anodynis, cin-
„ nabarinis, &c. Secedunt etiam subinde ver-
„ mes et vermiculi, aliquando per inferio-
„ ra aliquando per superiora; malum tamen
„ nihilo minus perdurat: puerulus tabescit;
„ accedunt phlogoses appropinquante in pri-
„ mis vespera, et quod maxime molestum
„ erat, vomitu die et nocte sæpissime ex-
„ agitatur, ut quidquid assumpserat, vomi-

(*m*) Ibidem Cent. 6. obs. 16.

Digitized by Google

„ tu ſtatim rejiceret. . . Adhibentur pluri-
„ ma remedia; ſed in caſſum. Tandem ta-
„ be conſumptus et quotidianis vomitibus
„ diu excruciatus moritur. Aperto cada-
„ vere meſenterium undiquaque innumeris
„ tumoribus ſteatomatoſis majoribus mino-
„ ribus mirum in modum refertum depre-
„ hendimus, circa ventriculum in primis
„ et juxta hepar prope veſicam felleam
„ ingentes aliquot hujus generis tumores
„ pugni magnitudine poſiti erant, qui ven-
„ triculum continuo impellendo et veſicu-
„ lam biliariam premendo vomitus illius
„ diuturni cauſæ fuerant. Præter hæc nil
„ p. n. reperiebatur in corpore hoc infan-
„ tili, niſi quod flaccida omnia morbi diu-
„ turnitate erant reddita„. Aliam ejusdem commatis obſervationem ſuppeditat J. G. WEYGAND (*n*): „ puella $3\frac{1}{2}$ ætatis ſuæ
„ annum agens jam ab ipſa infantia et na-
„ tivitate laborabat atrophia univerſali; æ-
„ tate provectiori appetitus fuit dejectus,
„ tuſſis ſicca concutiebat pectus, virium pro-
„ ſtratio ſucceſſive invaleſcebat, ſimulque

(*n*) BÜCHNER miſcell. phyſ. med. A. 1730 Novembr. cl. 4. art. 5. p. 1473.

Digitized by Google

„ venter ſubtumidus, phlogoſes, macilen-
„ tia totius corporis de die in diem per
„ integrum vitæ curſum magis magis-
„ que augeri obſervabantur. Præſertim
„ autem parvula noſtra cum ſumme ema-
„ ciata ad mortem properabat, digitis ſæ-
„ pe commonſtrando de continuo ventriculi
„ dolore et circa regionem umbilicalem de
„ præcordiorum anxietate et dolorifica ſen-
„ ſatione conquerebatur. Decima ante obi-
„ tum die morbum valde exacerbatum ob-
„ ſervavimus, oculi torvi et concavi, na-
„ ſus acutus, macies faciei, abominabilis
„ aſpectus viridis, convulſiones ſpaſmodi-
„ cæ univerſi corporis indeſinenter adfue-
„ runt. Contenta pauca, quæ ex diæta con-
„ ſveta (v. g. lac, juſcula, aut alia li-
„ quida) cochleatim adhuc ſumendo . . .
„ proveniebant, per . . . os rurſus vo-
„ mitu rejiciebat, et tum morituræ ac-
„ cedebat ſudor frigidus, reſpirationis et
„ excretionis urinæ difficultas, hujusque
„ conſiſtentia alba, pallida, magisque odo-
„ ris foetidi. Alvus adeo fuerat adſtricta,
„ ut nec fiſtulam clyſmaticam admitteret.
„ Pulſus a principio quidem morbi langui-
„ dus, poſtea vero celer atque frequens,

Digitized by Google

„ præſertim poſt paſtum, in agone mortis
„ tandem parvus tardus et maxime inæqua-
„ lis deprehendebatur. Denique fœtor ex-
„ ibat undique, et ſic miſerrime vita de-
„ fungebatur. . . Pulmones collapſi, maci-
„ lenti, flaccidi, ac rubro tincti colore
„ tam circa extrinſecam ſuperficiem, quam
„ intrinſecam eorumdem compagem a ſangui-
„ nis coagulati infarctu apparuerunt; cor
„ vero ſecundum naturam conſtitutum cerne-
„ batur. In abdomine e contra ſingula
„ viſcera paulo aliter apparebant, nimirum
„ circa tenuium inteſtinorum tunicam ex-
„ terius conſideratam venulæ meſeraicæ
„ quam plurimæ ea parte, qua annectitur
„ meſenterio, quaquaversum ſanguine tur-
„ gidæ et intenſiſſime rubræ apparebant.
„ Meſenterii pars membranacea conſtabat
„ nervis, arteriis, venis et vaſis lacteis
„ intertextis, pinguedine vero nimis parca,
„ et glandulis huc illuc ſcirrhoſis admodum
„ copioſis, magnitudine piſorum majorum;
„ reliquæ accumbentes partes obſervabantur
„ macilentæ et flaccidæ, de ſtatu tamen na-
„ turali paulatim deflectentes. Porro cum
„ primas vias ordine perluſtravimus, forte
„ fortuna tunica intima in cavitate inteſtini

Digitized by Google

„ venter ſubtumidus, phlogoſes, macilen-
„ tia totius corporis de die in diem per
„ integrum vitæ curſum magis magis-
„ que augeri obſervabantur. Præſertim
„ autem parvula noſtra cum ſumme ema-
„ ciata ad mortem properabat, digitis ſæ-
„ pe commonſtrando de continuo ventriculi
„ dolore et circa regionem umbilicalem de
„ præcordiorum anxietate et dolorifica ſen-
„ ſatione conquerebatur. Decima ante obi-
„ tum die morbum valde exacerbatum ob-
„ ſervavimus, oculi torvi et concavi, na-
„ ſus acutus, macies faciei, abominabilis
„ aſpectus viridis, convulſiones ſpaſmodi-
„ cæ univerſi corporis indefinenter adfue-
„ runt. Contenta pauca, quæ ex diæta con-
„ ſveta (v. g. lac, juſcula, aut alia li-
„ quida) cochleatim adhuc ſumendo . . .
„ proveniebant, per . . . os rurſus vo-
„ mitu rejiciebat, et tum morituræ ac-
„ cedebat ſudor frigidus, reſpirationis et
„ excretionis urinæ difficultas, hujusque
„ conſiſtentia alba, pallida, magisque odo-
„ ris foetidi. Alvus adeo fuerat adſtricta,
„ ut nec fiſtulam clyſmaticam admitteret.
„ Pulſus a pri quidem morbi langui-
„ dus, poſte eler atque ens,

Digitized by Google

„ præsertim post pastum, in agone mortis
„ tandem parvus tardus et maxime inæqua-
„ lis deprehendebatur. Denique iterum ex-
„ ibat undique, et sic miserrime vita de-
„ fungebatur. . . *Pulmones* colapsi, mac-
„ lenti, *flaccidi*, ac rubro tinctæ colore
„ *tam circa* extrinsecam superficiem, quam
„ *intrinsecam* eorumdem compagem a sangui-
„ nis coagulati infarctu apparuerunt; cor
„ vero secundum naturam constitutum cerne-
„ batur. In abdomine e contra singula
„ viscera paulo aliter apparebant, nimirum
„ circa tenuium intestinorum tunicam ex-
„ terius consideratam venulæ meseraicæ
„ quam plurimæ ea parte, qua annectitur
„ mesenterio, quaquaversum sanguine tur-
„ gidæ et intensissime rubræ apparebant.
„ *Mesenterii* pars membranacea constabat
„ nervis, arteriis, venis et vasis lacteis
„ intertextis, pinguedine vero nimis parca,
„ et glandulis huc illuc scirrhosis admodum
„ copiosis, magnitudine pisorum majorum;
„ reliquæ accumbentes partes observabantur
„ [illegible]lentæ et flaccidæ, de statu tamen na-
[illegible] paulatim deflectentes. Porro cum
[illegible] vias ordine perlustravimus, forte
[illegible] tunica intima in cavitate intestini

„ jejuni, poſtquam prius a muco viſcido
„ eam obliterante mediante aqua tepida li-
„ berata fuit, præter telam illam nerveam
„ ex decuſſatis filamentis contextam et in-
„ terſperſos glandularum prominentes monti-
„ culos longe aliam prorſus mirabilem ſtructu-
„ ram et diverſimodam caruncularum fabricam,
„ intricatamque inſtar coaleſcentiæ artificio-
„ ſiſſime reticulatam figuram exhibebat, et
„ radices ſuas in altero oppoſito jejuni late-
„ re immerſas habebat, quæ capreolorum in
„ modum ſibi mutuo implexæ in plurimos
„ inexplicabiles anfractus gyrosque huc il-
„ luc intortis variis propaginibus ſeu plexi-
„ bus a ſe dimiſſis tandem circa principium
„ inteſtini ilei et jejuni, ubi gracileſcit,
„ terminarunt, relicta interea poſt ſe exigua
„ via, per quam feces ex tenuibus in craſ-
„ ſa inteſtina transmigrare poterant „. Hujusmodi autem glanduloſos meſenterii infarctus vix non certo adeſſe commonſtrant obortæ per collum ſcrophulæ numeroſiores, quemadmodum in nobili quadam Bononienſi puella apud P. POTERIUM (o) rem obtinuiſſe veri eſt ſimile, quæ e faniſſima licet

(o) Inſign. curat. et ſingul. obſ. Cent. 2.ª Cap. 28.

Digitized by Google

familia nata tamen fere a cunis colli ſcrophulis erat obnoxia adeo, ut poſt plurima remedia fruſtra adhibita 12o ætatis anno exacto in lentam inciderit febrem cum emaciatione: donec Auctoris opera convaluit. Huic caſui proximus natura ſua eſſe videtur, quem de muliere quadam RAULIN (p) memorat; nam glandularibus meſenterii tumoribus hecticam poſt ſe trahentibus non tenera modo ſed adulta quoque ætas eſt obnoxia. Sic P. H. DILLENIUS (q) „ femina . . . 25 annorum (ait), phthiſica prognata matre et „ iracunda, puerperium egreſſa, ante 4 „ menſes phlogoſi vaga præcipue poſt partum corripitur, ſuccedit inappetentia cum „ doloribus circa ſiniſtrum ventriculi oriſi„ cium conſtrictoriis, reſpiratio fit ſucceſ„ ſive anheloſa et magis difficilis, accedit „ capitis gravedo et vertiginoſa conſtitutio, „ digeſtio de die in diem magis læditur. „ Varia ab aliis . . . adhibentur ſtomachica, „ antifebrilia, pectoralia; ſed in caſſum „ omnia. Vocatus infiſto antihecticis, in„ fuſis pectoralibus, reſolventibus, præmiſ-

(p) Vide §. 50.
(q) Act. nat. cur. Vol. 1. obſ. 59.

Digitized by Google

„ ſo leni ex ypecacuanhæ radiciis infuſo vo-
„ mitorio: levatur quidem tantiſper malum,
„ ſed non tollitur, anxietates præcordiales,
„ ſudores nocturni, diarrhœa colliquativa,
„ mortis prodromi ſe ſe jungunt, medica-
„ mentis quidem non nihil cedentes, ſed
„ poſt unum vel alterum diem redeuntes,
„ facie HIPPOCRATICA præſente. Fatis
„ tandem cedit ægra voce clangoſa et præ-
„ dictis ſymptomatibus omnibus intenſiori-
„ bus, expectoratione præcluſa, mortis ter-
„ minum accelerantibus. Aperto thorace
„ pulmones lividi, lobi eorundem minores
„ duri hinc inde ſangvine ſtagnante, interius
„ vero materia ſanioſa et purulenta repleti
„ erant, coſtis undique, ut vix non niſi vio-
„ lenter ſeparari poſſent, adhærentes. In-
„ tra pericardium aquæ erant ℥ vj. Ventri-
„ culus admodum flaccidus et tenuis ad le-
„ vem contactum præcipue circa ſiniſtrum
„ orificium, quod maculis quibusdam lividis
„ exterius notabatur, fatiſcens, continens
„ viſcidam colluviem. Meſenterium glan-
„ dulis tumidis refertum, quoad colorem li-
„ vidum admodum, omentum plane exſuc-
„ cum et pingvedinis expers. Lien durus,
„ tumidus, ſangvine atro refertus. Veſi-

Digitized by Google

„ cula fellea ſolito major. Renes flaccidi „ Si quis forte hecticam hic non tam a meſenterio quam pulmonali potius phthiſi (ut ut hæc priori malo ſuperveniſſe videatur) cenſeret repetendam, certe in A. E. BÜCHNERI (r) caſu non aliunde quam a meſenterii ſcirrho repeti poteſt. Nempe „ nobilis quidam annorum 44, temperamenti melancholico-cholerici, habitusque corporis idcirco ſtrictioris, in regione quadam minus ſalubri ob aerem craſſum humidum vaporibusque putridis continuo fere inquinatum eandem ambientem educatus, cibis craſſioribus et dyſpeptis nutritus, crebrioribusque ac variis corpus admodum defatigantibus laboribus ſemper obnoxius, a primis ſtatim annis ad ultimum uſque vitæ terminum variis chronicis, infimi in primis ventris viſcera affligentibus, excruciatus fuit morbis. In ætate enim infantili atrophia cum febre lenta laborabat, qui morbi aptis quidem

(r) Diſſ. de ſcirrho meſenterii exulcerato. 4to Halæ 1756. Reſp. J. C. E. HEBENSTREIT. in HALLERI diſput. ad morb. hiſtor. et cur. facient. T. 7. P. 2. No 263 p. 697.

Digitized by Google

„ remediis tandem tollebantur, remanente
„ tamen p. n. quadam expanſione duriori ab-
„ dominis, circa regionem umbilicalem et
„ lumbarem tam dextram quam ſiniſtram in
„ primis conſpicua, quæ nulla arte penitus
„ auferri, ſed aliquo ſaltem modo diminui
„ poterat. In puerili dein ætate frequen-
„ tius colica vexabatur bilioſa, conjunctis
„ moleſtis vomendi conatibus et teneſmis,
„ qui rejecta demum per vomitum ſaburra
„ bilioſo-viſcida ordinarie iterum ceſſabant.
„ Ab his quoque incommodis liberatus per
„ aliquot annos tranquilla quadantenus gau-
„ debat ſanitate; donec ſub adoleſcentili æta-
„ te febres accederent intermittentes tam
„ quotidianæ quam 3^næ, modo regulares mo-
„ do anomalæ, mox ceſſantes mox inopina-
„ to redeuntes, ſicque in ætatem uſque viri-
„ lem continuantes, ac tandem in quartanam
„ regularem transeuntes, dolore quodam ob-
„ tuſo comitatam, qui ex regione dextra
„ hypochondriaca ad lumbarem et umbilica-
„ lem usque ſe ſe diffundebat, eademque ra-
„ tione continuabat, poſtquam 4na ſimplex
„ regularis in duplicatam mutata erat. Suc-
„ cedebant huic tumores pedum œdematoſi
„ verſus ſuperiora aſcendentes, metumque

Digitized by Google

„ haud levem ſubſecuturi forſitan hydropis
„ aſcitis incutientes; qui tamen feliciter
„ ſublatis congrua medendi methodo tumo-
„ ribus iſtis et dolore antea memorato pror-
„ ſus evaneſcebat, ita ut per unum alterum-
„ ve annum præter ſupra dictam abdominis
„ expanſionem et ſubinde intercurrentes le-
„ niores colicos dolores nihil amplius in-
„ commodi ſentiret. Appropinquante vero
„ 40 ætatis anno graviſſima excruciabatur
„ colica ſpasmodico-convulſiva, letalem
„ prorſus eventum minitante; qua tandem
„ non ſine multa difficultate mitigata ſatis
„ notabile capiebat incrementum ſupra me-
„ morata abdominis expanſio et durities,
„ præſertim in ſiniſtro hypochondrio. Su-
„ perveniebat his incommodis circa medium
„ 43 anni febris lenta, ordinariis non ſolum
„ ſymptomatibus, ſed inſuper quoque peculia-
„ ri quodam tumore prope ſcrobiculum cordis
„ aſſurgente, et primo ovi columbini, poſt
„ 2 vero menſium intervallum anſerini
„ magnitudinem referente ſtipata. Proinde
„ etiam non ſolum expanſio, durities, et
„ inæqualitas abdominis ulterius inſigniter
„ augebatur, ſed etiam ſpaſmi torminaque
„ vaga et flatulentiæ continuo fere ægrum

Digitized by Google

„ affligebant, ita ut alimentorum assumptio
„ et deglutitio perquam difficilis redderetur.
„ Jungebantur his porro alvi segnities, par-
„ cior urinæ excretio, respirandi angustia,
„ sitis pene inexstinguibilis, tumor pedum
„ oedematosus recurrens, ipsaque febris he-
„ ctica cum sudoribus colliquativis et reliquis
„ eandem comitantibus symptomatibus ar-
„ duis, sub quibus gravissima tandem ortho-
„ pnœa in catarrhum suffocativum transiens
„ miserrimæ hactenus transactæ vitæ finem
„ imponebat. Instituta dein anatomica ca-
„ daveris sectio edocuit nos, causam gravis-
„ simorum istorum morborum dolorumque
„ diriſſimorum et secutæ tandem mortis uni-
„ ce in obstructione et induratione univer-
„ sali seu ingenti scirrho mesenterii exul-
„ cerato, indeque insigniter mutato reliquo-
„ rum abdominis viscerum statu naturali,
„ positam fuisse. Summo enim cum stupo-
„ re deprehendimus partem hanc alias ex
„ tenerrimis membranis cellulosis pinguedi-
„ ne refertis constantem in prægrande du-
„ rum et inæquale corpus 19 libras cum
„ dimidia pondere æquans degenerasse, quod
„ in superficie non solum sed et in interi-
„ ori substantia subcinerei erat coloris cum

Digitized by Google

„ intermixto ſubrubro, factaque diſſectione „ complures tam majores quam minores monſtrabat cavitates, quarum priores ſaniem „ putridam et fœtidam, poſteriores autem „ paulo craſſiorem purulentam continebant „ materiam. Ingens ergo hæc moles cum „ per totam ſe ſe extenderet abdominis „ cavitatem, reliqua omnia in eadem contenta viſcera e naturali ſua emoverat ſede, inſimulque ventriculi et inteſtinorum „ diametrum non ſolum arctiſſimum reddiderat, ſed etiam cum iisdem et reliquis „ viſceribus, itemque duabus ultimis coſtis „ ſpuriis et tribus inferioribus lumborum „ vertebris ope firmiorum quarumdam tunicarum adeo et firmiter coaluerat, ut „ ægerrime non niſi ab iisdem ſeparari „ potuerit „. Eadem prorſus ratione ex tumore glandularum meſenterii BURCHARDI (*s*), GEBAUERI (*t*), THEBESIIque (*u*) pueri, MARXII (*x*) infans, et filius RIEDLINI (*y*), atque

(*s*) Vide §. 43.
(*t*) Vide §. 44.
(*u*) Vide §. 53 b).
(*x*) Ibidem a).
(*y*) Vide §. 36 e).

Digitized by Google

alii, complures febrem hecticam ſunt adepti. Neque aliorſum referendus eſt caſus P. L. EBENI (z): „ A. 1620 nobilis virgo . . . „ cachectica moritur ſubito. Cauſa mortis „ deſideratur; et diſſecto corpore reperiun- „ tur calculi tres in meſenterio; pulmo- „ nes vero inſontes erant, tametſi ſemper „ pro phthiſica haberetur „. Hujus quoque loci eſt obſervatio H. F. DELII (a): „ li- „ teratus ex variis calamitatibus domeſticis „ melancholiæ proximus redditur. Interim „ ſqualidarum curarum tumultus vino ad- „ uſto, aquis vitæ, carminativis profligare „ intendit. Hoc experimentum deducitur in „ habitum, et tuſſis ſicca inde orta, „ nec non macilentus corporis habitus mul- „ tos perſvadet, quod phthiſicus ex ulcere „ pulmonis redditus ſit. Decumbit tandem, „ et hectica febre exſtinguitur. . . Pulmo- „ nes lividi quidem, non autem ulceroſi, „ conſpiciebantur; in meſenterio autem hy- „ datides complures animadvertebantur, et „ villoſa ventriculi et inteſtinorum tunica „ tota fere conſumpta videbatur „. At non

(z) Obſ. med. 53.

(a) Amœnit. medic. dec. 5. caſ. 8 n. 2. p. 385.

Digitized by Google

ſemper ſolum hic meſenterium eſt accuſandum; imo adultorum hecticam ut plurimum aliorum viſcerum abdominalium infarctus arceſſere conſveverunt, aut locales in iisdem enati tumores. Sic apud J. FANTONUM (*b*) „ provectæ ætatis mulier ex lenta febri et „ macie, inferiori tamen ventre prætumido, „ mortua eſt. Statim atque apertum fuit abdomen, tantus ſe ſe obtulit tumor, ut „ duplum jecur æquaret; exterior hujus forma ſubrotunda et ſcabra, ſubſtantia „ glanduloſæ ſimilis, interiores autem „ alveoli et ſinus quam plurimi inter „ ſe communicantes ruſſeo ſero repleti. Hic „ tumor in meſenterio latiſſima baſi defixus „ erat. Omnia porro abdominis ampliora „ vaſa. Hepar bene conſtitutum. Lien exiguus. Magnum vero ac prædurum pancreas. Omentum in epigaſtricam regionem retractum ea craſſitudine et glanduloſa ſpecie, ut corpus quoddam ampliati pancreatis ſimile referret„. Haud abſimilem hiſtoriam refert G. SEGERUS (*c*): merca-

(*b*) Opuſc. med. et phyſiol. Epiſt. 8 n. 9 p. 207.
(*c*) Miſc. nat. cur. dec. 1. ann. 4. obſ. 87.

Digitized by Google

toris barbaros fugientis filiola trimula e prava in itinere diæta, crebro in primis ac immoderato placentarum, liborum, aliorumque butyro frixorum ciborum esu, ægrotare cœpit, morbusque consilio mulierciularum primum tractatus eo est perductus demum, ut accitus Auctor offenderit puellam debilem, hectico calore plane extenuatam cum anorexia, crebro vomitu, gravique diarrhœa. Idoneis autem remediis sopitus calor, vomitusque ac diarrhœa mitior evasit; at macies, debilitas, et anorexia in dies crevere, donec puella obiit. Abdomine a morte lustrato cum cetera ejus viscera sana essent, pancreas penitus scirrhosum repertum est, et mesenterii quoque glandulæ passim juglande nuce majores ac scirrhosæ visebantur. Imo sunt, qveis solius pancreatis induratio febrim hecticam accivit. P. PAWIUS (*d*) „ puellam annorum 11 aperuit, incantata „ quæ credebatur, adeo miris symptomati„ bus per octennium correpta fuerat. Huic „ cor intra pericardium aquæ virulentæ in„ natabat, cui color viridis, ac si marinam „ vidisses aquam. Causa mortis pancreas „ erat,

(*d*) Obs. anat. select. 14.

Digitized by Google

„ erat, quod mirum in modum intumuerat, „ jecoris cavæ parti arctiſſime adnatum erat, „ ita ſcirrhoſum, ut lapidem tangere te „ exiſtimares. Diſſectum candido plene in- „ tus conſpiciebatur colore, haud aliter ac „ ſi albam pituitam admodum induratam tra- „ ctaſſes. Extenuata omnino erat exſtincta „ febre hectica „. Ventriculi quoque vitia hecticam poſt ſe trahunt. C. F. PAULLINI (*e*) „ miles diu queſtus de inſigni ven- „ triculi gravitate, appetitu collapſo, febri „ lenta per intervalla ingraveſcente, et ta- „ be totius corporis. Rejecta tandem maſſa „ juglandis magnitudine cum multo ſangvine „ ἄνω, ab illa hora perpetuo fere fuit hæ- „ moptoicus. In cadavere ejus ventriculus „ circa ſiniſtrum orificium utrinque exhibuit „ verrucam cum radice ſua firmiter adnatam, „ alteram magnitudine minoris pomi Bors- „ dorfiani immaturi, alteram grandioris ali- „ cujus avellanæ. Forte plures eſſent reper- „ tæ, ſi curioſius ſcrutari licuiſſet „. Hoc equidem accidit rarius; at a pylori ſcirrhoſo tumore omnium quorumque ingeſtorum vo-

(*e*) Obſ. medico-phyſicar. Cent. 4. Obſ. 75.

Digitized by Google

mitum cauſante multo ſæpius hectica febris efficitur: verum hæc utpote ad vomitus hiſtoriam pertinentia, ne duplicis morbi hiſtoria miſceatur, e præſenti libello erant omittenda. Perinde frequens eſt hectica ab hypochondriorum, id eſt hepatis lienisve, infarctu obſervata. H. F. DELII (*f*) „ vir „ 60 annorum per annum habitum cachecti„ cum, aſpectum lividum præ ſe tulit. Re„ fert, quod ex multis altercationibus do„ meſticis morbum contraxerit; inquilini au„ tem narrant, quod ipſe rixationum cauſa „ exſtiterit, epotoque largiter vino aduſto „ ſumma, ima, quadrata rotundis miſcuerit. „ Jam tuſſi ſicca moleſta laborat: hinc pul„ monalem phthiſin præſto eſſe ipſe judicat. „ Obſervo autem (inquit Auctor) abdomen „ prædurum præſertim circa hypochondria; „ alvus pertinaciſſime obſtructa eſt, quam „ demum poſt 11 dies aloe vino aduſto ſo„ luta reſeravit. Hecticam abdominalem „ morbum voco, et ordino ſalina incidentia, „ elix. viſceral. infuſum e rad. pimp. alb. „ gent. rubr. herb. cent. min. card. ben. fol.

(*f*) l. c. p. 384.

Digitized by Google

„ ſenn. Nihilo minus alvina obſtructio per-
„ tinax eſt, et ſæpius 9 dies ſine alvi ſolu-
„ tione jacet. Applicantur clyſteres, ſed
„ parum allevantes. Tuſſis remanet, inter-
„ dum tenacem mucum projiciens. Vomitus
„ intercurrit; facies HIPPOCRATICA ad-
„ eſt, æſtus lentus, et præviis variis af-
„ fectibus ſoporoſis æger moritur „. Perin-
de P. FORESTI (g) Penſionarius Delfenſis
e lienis ſcirrho in annuam hecticam incidit,
fruſtraque omnibus adverſus ſcirrhum et he-
cticam adminiſtratis demum letalem in maraſ-
mum devolutus, ſuperveniente puriformi al-
vi profluvio, aurium tinnitu, pedumque
œdemate (etſi non diuturno) obiit, e qua-
drato et obeſo habitu ad tantam redactus ma-
ciem, quantam Auctor vix viderat. Haud
ſecius „ vir nobilis, ait J. FANTONUS (b),
„ a multis menſibus lenta febri tenebatur:
„ unde nativus corporis habitus in cachecti-
„ cum degeneravit. Acceſſit frequens vomi-
„ tus et aſſidua ſitis; quo etiam tempore in-
„ gens ac durus in epigaſtrio dextroque hy-

(g) Obſ. et cur. med. L. 4. Obſ. 9.
(b) l. c. Obſ. 13. p. 149.

Digitized by Google

„ pochondrio tumor deprehenſus eſt, qui ta-
„ ctu diligenter exploratus inter muſculos
„ ſedem habere videbatur. Quamquam mi-
„ nime defuerunt præſtantium medicorum
„ conſilia; tamen indomita vis provecti jam
„ morbi auxiliorum omnium efficaciam ſu-
„ peravit, hominemque ad interitum ſenſim
„ perduxit. Abdominis ſectionem aggreſſi
„ miram exilitatem muſculorum jecori in-
„ cumbentium obſervavimus; ablatis enim
„ communibus velamentis carnearum vix ap-
„ parebant veſtigia fibrarum; quippe quæ
„ aridiſſimæ et maraſmo confectæ erant: ma-
„ ximum vero hepar, pallidum, valdeque
„ denſum ac durum; inſuper ſangvinea bilis
„ in cyſti continebatur „. Quantopere au-
tem nativus humorum per vaſa circuitus ab
inſigni hepatis aliorumve abdominalium viſ-
cerum infarctu depravetur, docere nos ali-
quatenus poterit anatome et injectio pueri
ſeſquiennis e febre lenta diuturna ſibique
prorſus relicta ſubito mortui, ab J. G. WAHL-
BOMO (i) inſtituta. Ad hepatis quoque aut

(i) Act. Svec. Vol. 24. Trimeſtr. 2. No 10. p. 161, ſq.

Digitized by Google

alius abdominalis viſceris infarctum referendus videtur puerperæ caſus ab J. C. GOETZIO apud A. E. BÜCHNERUM (*k*) deſcriptus. Ovariorum quoque tumores febrim hecticam attuliſſe viſi ſunt, quod feminæ cujusdam a morte ſectæ exemplo A. HALLERUS (*l*) edocuit. Si unius itaque tantummodo viſceris inſignis labes hecticam accerſit, quanto id etiam facilius eſt eventurum, ubi plura ſimul naturalia viſcera graviter fuerint vitiata? Teſtatur id O. HEURNII (*m*) mulier letalem inde febrim hecticam adepta. Facillime vero morbo huic via aperitur, ubi præter naturalia viſcera vitalia quoque labem aliquam contraxere, ut in L. HEISTERI (*n*) juvene. Perinde etiam F. HILDANUS (*o*) „ vidimus . . . puellam (ait) 14 „ annos natam, quæ circiter 10 annum ætatis ſuæ paulatim in tabem incidens 4 ſe-

(*k*) Miſcell. phyſ. med. A. 1727 Januar. Cl. 4. art. 8. p. 66.

(*l*) Commerc. Nor. T. 14. A. 1744 hebd. 42. p. 333.

(*m*) Hiſtor. et obſ. quæd. rarior. hiſt. 20.

(*n*) Medic. u. chir. Wahrn. ehm. 2 Band n. 172.

(*o*) Obſ. et cur. med. chir. Cent. 1. obſ. 70.

Digitized by Google

„ quentium annorum ſpatio ita laboravit,
„ ut penitus extabefacta fuerit, appetitu
„ tamen ejus vix unquam imminuto; nam
„ comedebat et bibebat non parcius, quam
„ ſi ſana fuiſſet, et exercitia ſua puerilia
„ ut plurimum peragebat, neque lecto de-
„ cumbebat, niſi per 6 aut 7 hebdomadas
„ ante obitum. Febricula tamen et tuſſi-
„ cula vexabatur continuo. Tandem penitus
„ extenuata obiit. . . Reperi meſenterium
„ undique refertum tumoribus duris ſcirrho-
„ ſis atque ſteatomatibus, præcipue autem
„ circa vaſa et venas, quæ ad venam por-
„ tam protenduntur. Circum circa venam
„ portam tumores ſcirrhoſi inveniebantur
„ multi, quorum non nulli ovi gallinacei,
„ alii nucis et caſtaneæ magnitudinem ex-
„ cedebant . . . Hanc quoque ob cauſam
„ excrementa quotidie bis terve liquida et
„ chylo permiſta excernebat. In rene dex-
„ tro lapis erat . . . Hepar undique ſanum
„ erat, ſtomachus et ſplen ſecundum natu-
„ ram plane ſe habebant. . . In dextro lo-
„ bo pulmonis abſceſſus erat putridus et fœ-
„ tidus, in quo continebatur pus in membra-
„ na incluſum ad ſibi; ut erant ſteatomata
„ et ſcirrhi multi undique per ſubſtantiam

Digitized by Google

„ pulmonis. Cor flaccidum et plane exte-
„ nuatum erat „. Apud eundem (p) „ puel-
„ la quædam Colonienſis ex parentibus ſanis
„ et bene temperatis nata circa 11 annum
„ ætatis primo in febrim ephemeram mox in
„ hecticam incidit. Hinc cum ſpatio 3 men-
„ ſium doloribus totius corporis, ariditate
„ linguæ, tuſſicula, deglutiendi reſpirandi
„ atque loquendi difficultate, ſudoribus fre-
„ quentibus, præcipue noctu, imo et dor-
„ miendo, vexata eſſet, tandem . . . plane
„ extenuata obiit . . . Inteſtina vermibus
„ plurimis infarcta conſpiciebantur. Meſen-
„ terium ſcirrhoſum et hinc inde materia
„ gypſea, uti quoque circum circa venam
„ portam, refertum erat . . . Hepar in di-
„ verſis locis tam in parte ſua cava quam gib-
„ ba ſteatomatibus ſcatebat. Hepar medi-
„ ante materia gypſea tam tenaciter dia-
„ phragmati adnatum erat, vix ut avelli
„ poſſet . . . Circum circa venam cavam
„ tam ramum aſcendentem quam deſcenden-
„ tem moles materiæ hujus gypſeæ ad ma-
„ gnitudinem pugni tenaciter adhæreſcebat.

(p) Ibidem Cent. 2. obſ. 44.

Digitized by Google

„ ramosque comprimebat . . . Subſtantia lie-
„ nis materia hac gypſea undique ſcatebat.
„ . . . Thoracis vacuum aqua limpida et non
„ nihil flaveſcente plenum viſebatur. Pul-
„ monis ſubſtantia materia purulenta imbu-
„ ta, uti quoque ſteatomatis nucis vel ca-
„ ſtaneæ magnitudinem excedentibus, hinc
„ inde referta apparebat. Circa exortum
„ arteriæ aſperæ ex pulmonis ſubſtantia mo-
„ la ſteatomatum carne permixta ovi magni-
„ tudinem excedens inventa eſt, quæ tam
„ aſperæ arteriæ quam œſophago adhæreſce-
„ bat„. Haud ſecius J. S. ALBRECHTI (q) vidua 40 annis major, tenera, et ad iram proniſſima, partu ſæpius levata, ex varia militaris olim vitæ diæta, ſæpe etiam prava, in crebras tum febres intermittentes longasque incidit, copioſo ſemper cortice Peruviano oppugnatas; ac deinceps ob alios quoque admiſſos in ſex rebus non naturalibus errores hyſtericis malis, præſertim ſpaſmis abdominis, tentari cœpit. Demum elato viro mœror accedens mutataque vivendi ratio paucis poſt annis hecticam ac-

(q) Act. nat. cur. Vol. 8. obſ. 125.

Digitized by Google

civit, principio ſub larva vel catarrhalis febris vel 3^tæ anomalæ incurſantem. Minuebantur ſimul catamenia; ſupervenere quandoque vomitus, tormina, alvus ſegnis, dyſpnœa, ſputa tenacia mucoſa, at nunquam purulenta, ac macies in dies uſque adeo increſcens, ut demum criſta oſſis ilei cutem jam extenuatiſſimam perforarit; donec omnibus in caſſum adhibitis matrona interiit. Cadavere ſecto uterque pulmonum lobus omnino, dexter per validam membranam arctius, ſiniſter per fibras firmiores quaſi tendineas laxius, cum pleura coaluerat. Utriusque lobi ſubſtantia dura, ſcirrhoſa, albicans, et a copia tenacis muci inhærentis ponderoſa, nigricantibus vaſis ſanguiferis venoſis interſtincta, in plures partes diſciſſa, nil puris habebat. Cor flaccidum duos continebat polypos albicantes, pituitoſos, tenaces; dexter quidem ventriculus majorem verſus arteriam pulmonalem, ſiniſter minorem verſus aortam excurrentem. Abdominis autem viſcus nullum vitio caruit; quippe quodvis ſcirrhoſum aut penitus aut aliquatenus reperiebatur. Hepar circa apices durum, ſcirrhoſum, pallidum continebat veſiculam felleam bile copioſa quidem ſed vi-

Digitized by Google

ſcida tenaci flaveſcente turgidam. Lien pallidus, durus, ſcirrhoſus et corrugatus: ren uterque eadem ratione induratus; imo ipſa ovaria adeo dura et ſcirrhoſa reperta, ut globulos ſaponaceos duros inæquales credidiſſes. Omentum maxima parte conſumptum ac ſurſum retractum. Meſenterii membranæ omni caruere pinguedine; vaſa chyloſa paſſim obſtructa, vaſa autem rubra turgida, nigricantia et varicoſa viſebantur. Ventriculus ac inteſtina flatibus diſtenta erant, partesque bili adjacentes flaveſcebant. Perinde in J. D. GOHLII (r) juvene hectica ſublato naturalia juxta ac vitalia viſcera variam a morte labem oſtenderunt. Hæc tanta quidem abdominis ac pectoris vitia hecticæ febri accendendæ paria eſſe nemo ambiget; at leviorane etiam vitalium vitia idem poſſint, non abs re quæſiveris. Duos id genus caſus dabo. P. J. HARTMANNUS (s) meminit infantis, qui ſanus ſano lacte nutritus ubi ab uberibus depulſus eſt, poſt aliquot menſes e variis morbis ægreſcere cœpit;

(r) Act. med. Berol. dec. 2. vol. 2. ſect. 4. n. 1. p. 72.

(s) Miſc. nat. cur. dec. 3. ann. 2. obſ. 186.

Digitized by Google

avide tamen edebat. Acceſſit lenta febris ac tanta cordis palpitatio, ut pectus attolleret. Ultimo trimeſtri diarrhœa cum bulimo ſupervenit, ac demum ſicca ſcabies: priora duo ad mortem uſque manſere. Inſatiabilis æger cibum ac potum diu noctuque clamando poſcens ne ingratum quidem ſtudio oblatum reſpuebat; a potu nimio pedes ac præputium intumuere: cibus vero nequaquam nutriebat, macie corpus ſenſim ad oſſa uſque et ſuperſtitem cutem depaſcente, quoad exſpiravit. In cadavere muſculi macri pingvedine caruere; omenti nullum veſtigium; inteſtina omnia inflata vermes nullos occulverunt; cetera omnia in abdomine ac pelvi ſana. In thorace pulmones pleuræ ac mediaſtino accreti, lævus præ primis, qui ſimul muco pingvi, velut lardaceo, incruſtatus viſebatur, maxime qua pleuram ſpectabat; dexter quoque pingvis id genus cruſtæ notas, at minores rarioresque, obtulit: nullus tamen in iisdem vaſorum infarctus repertus, ut ut minus viderentur ſpongioſi, denſiore comparente illorum textura. Cor autem cum undique ſanum appareret, in dextro tamen cavo polypum habebat inſtar alterius corculi, qui pedunculis omnem utriusque lateris re-

Digitized by Google

gionem complexus eſt, corpore vero caſtaneam nucem æquante columellas oppreſſit, ramisque ad venam cavam ultra auriculas et ad pulmones ultra arteriæ inſertionem porrigebatur; firmiter adeo columellis adhærebat, ut integer ægre avelleretur. Polypone igitur an pravæ humorum diathiſi, cujus pingvis illa cruſta index erat, febris hectica debebatur? Porro J. FANTONUS (t) „cum „ ſenex quidam (refert) ex lenta febri et „ ſtomachi, ut ajebat, langvore diu ægro„ taſſet, neque ulla unquam affecti cordis „ ſigna apparuiſſent, poſt ejus obitum nihil „ præter naturam in viſceribus abdominis „ repertum fuit; inciſo autem corde depre„ hendimus in altera mitrali valvula follicu„ los duos, in altera unum, ſingulos fere „ ciceris magnitudine, quibus apertis putri„ da effluxit, ſubflava et vireſcens materia. „ Earumdem valvularum inſolita erat duri„ ties et craſſitudo „. Hæcne valvularum vitia ad arceſſendam hecticam fuere ſatis? Sane ſi leves pericardii morbi id unquam poſſunt, cur iidem in valvulis non poſſint?

(t) l. c. Epiſt. 8. No 20. p. 211.

Digitized by Google

Posse autem e pericardii vitiis tabem consequi GALENUS (*u*) jam edoctus est, dum simiam atque gallum inde contabuisse observavit: in simiæ pericardio tumorem reperit humore, qualis hydatidum est, refertum, ceteris partibus cadaveris omnibus sanis; in galli autem pericardio scirrhum offendit vel indurationem e pluribus quasi membranis crassis altera alteri involutis, sine ullo humore inter eas contento enatam. „ Unde vero similis conjectura, inquit GALENUS, „ elicitur, homines etiam similibus posse affectibus infestari „. Et vero P. SALIUS DIVERSUS (*x*) „ cum (ait) non nullos „ emaciari viderim nulla præsente destillatione, nec sputo vel cruento vel purulento, „ nullaque naturalium partium ita læsa videretur, ut hinc macies et atrophia subsequi possit, in eam deveni suspicionem, „ posse hoc aliquando contingere ex pericardio quomodolibet affecto. . . Affectus autem hic pericardii, ex quo aliqui emaciantur, et tabescunt, qualem ego in non

(*u*) De locis affect. L. 5. C. 2.

(*x*) De affectib. particularib. Cap. 7.

Digitized by Google

„ nullis factum fuisse conjecturam feci, „ quo pacto curandus sit, videant alii et do- „ ceant; ego enim, licet omni ingenio „ hos præservare tentaverim, nihil tamen „ profeci, omnesque hos vidi tandem tabe „ consumptos et emaciatos, ultimo loco „ quadam accedente levi febricula, cui syn- „ copes sæpe connectebantur, periisse „. ZACUTUS (y) quoque id ipsum „ ter ob- „ servavit. Hi animi deliquio, cordis pal- „ pitatione, pulsu duro parvo, nulla præ- „ cedenti tabitudinis causa, syncope oppressi „ vitam ducebant, et accedente febricula „ consumpti sunt. In uno dissecto apparuit „ in hac tunica duriusculus tumor nucis „ avellanæ parvæ magnitudine, non perfe- „ cte callosus, quo disrupto ichor quidam „ emanavit citrinus. Hic ceterorum instar „ ad extremam maciem redactus nullis un- „ quam auxiliis levari potuit „. P. SENAC (z) autem similia pericardii vitia cum aliis mor- bosis causis manifestis, a queis illa velut effectus pependerunt, observavit, meminit-

(y) Prax. med. admir. L. 1. obs. 128.

(z) Von Krankh. des Herzens Cap. 2. n. 2. p. 65.

Digitized by Google

que puellæ diu glandulosis tumoribus affectæ, quæ demum ad extremam redacta maciem interiit. In pericardio repertus tumor (quem Auctor metastasi materiæ morbi illuc compulsæ tribuit) materiam perquam duram, pellucidam, cornu similem continens, qui pericardium cordis apici arcte admodum vinculi instar, latitudine pollicem excedentis, affixit. Pulsus tamen haud erat debilissimus, sed parvus tantum celerque, ac diu etiam ita perstitit. Ex his igitur liquet, quid de tabe pericardii sit sentiendum. Meliori forte jure febris hectica hydrocardiæ quandoque tribui potest, cujus modi casum D. FISCHER (*a*) literis prodidit, nempe studiosus ad 17 annos natus, habitus siccioris ac debilioris, acuti tamen ingenii, vitæque frugalis, at ad sudores pronus, sæpeque valetudinarius, exactissimo licet vitæ regimine impedire neqvivit, quo minus in febrim hecticam incideret; quam cum biennium orthostadius tulisset, clinicus tandem 3° ejusdem in gradu factus cum calore continuo, ad ingesta quæque increscente, urina in su-

(*a*) Act. nat. cur. Vol. 8. Obs. 31.

perficie pingvi, ſudoribus nocturnis, langvore ſummo, et conſumptione corporis, hypochondriis ad thoracem convulſis, contracto ventre ac inani, abſente tamen omni dolore, nihil opitulantibus diæta ac remediis totus exhauſtus e vita migravit. In abdominis cavo ſerum erat effuſum, omentum conſumptum, in meſenterio tenuibusque inteſtinis inflammationis indicia, ventriculus contractus diametro ac figura inteſtinum mentiebatur; jecur grande erat, durumque ac plane nigrum, et lateri dextro, diaphragmati, ſtomacho, coloque firmiter adnatum; lien 5 loborum erat, ſanus. Thoracis coſtæ omnes totæque una cum ſterno nuſpiam oſſeæ ſed cartilagineæ fuere. Pulmo ſangvine plenus diſtentusque; cor flaccidum, vacuum; pericardium autem ſero maxime repletum manifeſtam perfectamque hydrocardiam exhibuit: unde tantæ cordis oppreſſiones et quandoque oborta animi deliquia ſequebantur. Cum vero æger in pueritia graviſſimæ cephalææ diu fuerit obnoxius, caput quoque ſcrutari libuiſſet, ni alia prohibuiſſent negotia. Hocce igitur in caſu aut duro hepati febris et hydrops, aut hydropi ſoli febris imputanda videtur. Atque ex his abunde

Digitized by Google

eruitur, hecticam ſine ullo puris intra viſcera veſtigio a variis aliis eorumdem vitiis oriri poſſe.

§. 23.

6. CACHEXIAE variæ, in primis

a) *Purulenta* ab ulceribus viſcerum pendens; de qua in phthiſeos aliorumque abſceſſuum hiſtoria numeroſa reperiuntur obſervata, quæ hujus loci (quandoquidem de ſymptomatica febre hectica hic agere nequaquam eſt viſum) non ſunt.

b) *Scabioſa*; notum enim eſt ab humida ſcabie conferta ac diuturna febrim hecticam non uſque adeo raro progigni. F. GHERLI (*b*) curandum habuit ægrum, qui ultra ſemeſtre dolorifica totius corporis ſcabie cum febre hectica, debilitate, ac inſigni macie laborans poſt omnia necquicquam uſurpata externo tandem litu ubi intra menſem a ſcabie vindicatus eſt, ab hectica quoque convaluit. Præ primis autem lepro-

(*b*) Rare oſſerv. di Medic. e Ciruſ. Cent 1. oſſerv. 92.

Digitized by Google

ſa cachexia ſibi hecticam tandem febrem adſciſcere amat, cujus rei exemplum *videre* eſt apud J. RAULINUM (*c*).

c) *Syphilitica.* V. RIEDLINUS (*d*) meminit ſtudioſi, qui ſyphilidem contractam occultans toto ſenſim corpore ita conſumptus fuit, ut pro depoſito hectico a medicis etiam illuſtribus haberetur; donec patefacta mali cauſa idoneis adhibitis remediis priſtinam recepit ſanitatem. R. FONSECA (*e*) etiam adoleſcentem e ſyphilitico malo hectica mulctatum narrat, et FOURNIER (*f*) duorum ægrorum hiſtorias ſuppeditat, e labe venerea in hecticam lapſorum, e qua vir interiit, femina vero convaluit.

(*c*) Beobacht. aus der Arzn. p. 23.
(*d*) Lin. med. ann. 4. Sept. 9. p. 743.
(*e*) Conſult. med. T. 2. Conſ. 62.
(*f*) Beobacht. über das ſchleichende oder auszehrende Fieber 2 Th. 3 Cap. 1. u. 2 Beobacht. p. 117. ſqq.

Digitized by Google

CAPUT V.

PROCATARCTICAE CAUSAE.

§. 24.

1. AESTUS *solis, lecti*, &c. paulo intenſior iis, qui e nativa corporis diſpoſitione ad hecticam ſunt proclives, eandem facile accendere poteſt, ut e GALENO (*g*) vidimus. Quamobrem AMATUS (*h*) „ non „ nulli (inquit) æſtate in graviſſimos inci„ dunt morbos, ardentiſſimas febres, et fi„ xam ſive hecticam, ut filiæ TRAULI ſa„ cerdotis evenit, quæ quia canicula vigen„ te ſupra culcitram penna conſitam dormie„ bat, in corporis totius maciem et febrim „ hecticam lapſa eſt; quæ vel nullo labore „ cum morbi cauſam deprehendiſſemus, li„ bera evaſit „. Neque parum æſtivus calor ſexagenario MORTONI (*i*) ad contrahendam ſæpius hecticam contuliſſe videtur.

(*g*) Vide §. 3. I. n. 1.
(*h*) Curat. medic. Cent. 3. cur. 1.
(*i*) Vide §. 38 a).

Digitized by Google

§. 25.

2. PATHEMATA *animi*, in primis terror, metus, ira, mœror, non raro febri hecticæ occasionem suppeditant. GALENUS (*k*) eam ab ira vel mœrore oriri pronunciavit; quod etiam observata confirmant. P. FORESTI (*l*) topiarius dives, niger, macer, procerus e melancholia primum tum vehementi diutinoque mœrore in hecticam incidit, per principia ephemeræ similem, a qua idonea medendi methodo convaluit. Ejusdem (*m*) cognatus sexagenarius, bilioſi rariique habitus, procerus ac macilentus, tenue et oblongum nactus collum, humerosque alarum instar præ macie eminentes, pectus vero angustum et parvum caput, prætereaque animo sensibili, cogitabundus, et ad melancholiam, tristitiam, metum iramque proniſſimus, alvum a 15 annis bilioſam et fluxam quotidie habens, e filiæ, quam enixe diligebat, morte mœrori tristitiæque indulgens in emaciantem hecticam incidit, qua

(*k*) Vide §. 3. I. No 1.
(*l*) l. c. Obſ. 2.
(*m*) Ibidem obſ. 7.

Digitized by Google

novo accedente e rei familiaris detrimentis mœrore aucta totoque sibi relicta anno ad secundum gradum, indeque non multo post ad tertium properante cum sicca tussi, debilitate insigni, pulsu parvo debili frequenti duro, et anorexia, optima quæque remedia nihil opis tulere, atque aucta in dies tussi, sputisque postremum purulentis factis, alvo quotidie fluxa, fatiscentibus continenter viribus, ut nec per conclave incedere quiret, superveniente siti valida, faucium inflammatione cum tumore lingvæ, febre putrida, diarrhœaque facta colliquativa, contracto demum pulsu, ingruentibusque convulsivis totius corporis motibus exspiravit. Perinde (*n*) juris peritus 55 annorum, facetus, a contracta occulta ex causa melancholia febre hectica laborare cœpit cum levi tussicula ac macie sensim obrepente, quam cum ad 3^tium usque gradum neglexisset, macie jam demum offea præsente, sputisque puriformibus redditis, exsolutis paulatim viribus, nihil opitulante medicina, est exstinctus. A terrore hecticam HOFFMANNI (*o*) vetula adepta est,

(*n*) Ibidem observ. 3.
(*o*) Vide histor. 4.

Digitized by Google

quemadmodum et ab ira ejusdem (*p*) juvenis helluo, tum SCHELHAMMERI (*q*) vir, et FERDINANDI (*r*) vidua, STORCHII-que (*s*) femina, contraxerunt. Ita et J. KANOLD (*t*) meminit matronæ 18 annorum, sangvineo-cholericæ, sensibilis, ac rite semper menstrua expertæ, quæ in tenera ætate bis e synocho eluctata variolisque superatis, nunc quadriennium nupta, bisque partu, laborioso primum, alterum facili levata, atque inde in biennium sana, tertiumque nunc in octavam hebdomadem utero gerens, jam inde ab anno post gravem iram toto corpore langvebat continua cum tussi nocturnisque sudoribus, queis deinceps vehemens se se ventriculi spasmus junxit, remediis usque adeo exacerbatus, ut ægra cibos paulo solidiores, ut ut paucos, vomitu reddere cogeretur. Tandem supervenit vehemens febris hectica cum continua difficilique tussi, dolores laterum mammarumque causante, et spu-

(*p*) Vide histor. 5.
(*q*) Vide §. 47 c).
(*r*) Vide §. 68 No 2.
(*s*) Vide §. 43.
(*t*) Annal. Vratisl. Supplem. 1. art. 13. p. 131.

Digitized by Google

tis copiosis fuscis mucosis jam fatui jam amari saporis, quandoque laborioſe egerendis. Febris acceſſiones quotidie recurrebant, ac plerumque ad 10 horam matutinam cum bihorii exhorreſcentia, quam æſtus conſecutus ad poſterum uſque mane durabat. Ægra emaciabatur cum ingenti debilitate, idque tanto etiam magis ab ſudoribus a media nocte in ſequens uſque mane procedentibus. Sub tuſſi non nunquam lævi femoris agitatio tenſioque obſervabatur. Fruſtra variis remediis exhibitis matrona non multo ita poſt vivere deſiit.

§. 26.

3. INGESTA vero haud immerito inter frequentiores hecticæ cauſas ſunt referenda, dum vel juſto majore copia vel indole peccant, ſicque febri huic occaſionem præbent, id quod jam GALENUS (*u*) admonuit. Hecticæ hujusmodi ab ingeſtis enatæ febres non abs re quibusdam *ſtomachicæ* audiunt, quos inter HOFFMANNUS (*x*) et ARNOL-

(*u*) De ſymptomatum cauſis L. 3. C. 1.
(*x*) Med. rat. ſyſt. T. 4. P. 1. S. 2. C. 13. theſ. pathol. §. 15.

Digitized by Google

DUS (y) ſunt. Quantum ad ciborum copiam attinet, hæc binis modis hecticam inducere valet, nempe defectu vel exceſſu; nam fames diutius tolerata humores quam acerrimos efficit: unde facilis febris vel hectica vel alia. Quod ſi vero alimenta ea aſſumantur copia, cui ſubigendæ viſcerum vires fuerint impares, ſpontaneam illa ſequentur degenerationem, a qua in diſpoſitis corporibus morbus haud difficulter enaſcetur. At multo tamen is crebrius ingeſtis indole pravis excitatur, qualia in primis ſunt

a) *Dyspepta*, debili præſertim ventriculo ſuſcepta. Ita in Varſavienſe noſocomium (z) „ femina quinquagenaria allata „ fuit, quæ, uti adferentes narrarunt, poſt „ longum morbi decurſum talis devenerat, „ qualem (obſervator) reperit. Examina„ tam febri maraſmode tabida lenta laborare „ indicavit. Re curatius inquiſita miſeram „ ex diætæ cruda tenuitate in eum morbum „ incidiſſe, ſemperque illum increviſſe, di„ dicit. Nullo igitur aliquo pharmaco ad-

(y) Diſſ. de hectica ſtomach. (4to Altorf. 1743) §. 79.

(z) Obſ. clin. noſocom. Varſav. faſcic. 2. p. 41.

Digitized by Google

„ hibito, diæta meliori, ſed ad circumſtan-
„ tias accommodata, quamvis jam 4° menſe
„ decumberet, integre reſtituta fuit „. A.
HALLERUS (*a*) „ ab uſu carnis aſſatæ per
„ aliquot menſes absque ullo alio cibo aſ-
„ ſumptæ ex conſilio empyrici febrem fu-
„ neſtam vidit „. Perinde a corde bubulo
non ſubigendo comeſto GOETZII (*b*) ple-
beia, et a nucis moſchatæ fruſtis deglutitis
robore ſtomachi non digerendis BORELLI (*c*)
Dux hanc ipſam febrim eſt nactus. Idem
quoque ab remediis ſiccis terreis uberius
abliguritis accidit. M. ALBERTI (*d*) „ re-
„ miniſcimur (ait) illius notatu digni ca-
„ ſus, qui . . . obtigit in ſtudioſo, qui
„ diu 3na laboravit, quem medicinæ candi-
„ datus contubernalis per plures hebdoma-
„ das cum magna copia talium ſum (abſor-
„ bentium) tractaverat; quoniam vero febris
„ hæc in dies deteriorabatur, . . . tandem

(*a*) Ad H. BOERH. prælect. §. 53. Nota 14. p. m. 67,
(*b*) Vide §. 38 d).
(*c*) Ibidem.
(*d*) Diſſ. de abſorbentium utilit. et damnis in praxi med. (4to Halæ 1722 Reſp. J. P. BRUCH) §. 10. p. 28. ſq.

Digitized by Google

„ poſt aliquod tempus contigit, ut vomitus „ conſecutus fuerit, qui cum comminatio„ ne ſuffocationis ſucceſſit, mediante quo „ fruſtum magnitudine pugnum æquans ex„ cretum fuit, quod paſtam mucido-terream „ conſtituit. Hoc poſteaquam exſiccatum „ fuit, obtulit quantitatem abſorbentis terrei „ corporis ultra ½ ℔ ponderoſam. Quo vo„ mitu peracto ſemel corrupta hæc febris „ magis in lentam, et tandem ob aptam „ patientis diſpoſitionem in hecticam indo„ lem degeneravit „. Sic etiam M. ETTMÜLLERUS (e) „ obſervavit febricitantes „ ſi in curſu morbi crebrius uſurparunt ter„ rea, ſæpius evaſiſſe hecticos „. Quanto itaque promptius enaſcetur hæc febris, ſi duriora etiam et nullatenus digerenda corpora fuerint deglutita? Nucleos puto, oſſa, &c. quemadmodum ab unco argenteo deglutito accidit viro, cujus DE LA METTRIE (f) meminit. Singularem hujus generis hiſtoriam narrat LANDAIS (g): vir paganus 2 vel 3 an-

(e) l. c. p. m. 313.
(f) Vide §. 38 d).
(g) ROUX Journ. de Medec. &c. T. 37. Févr. 1772 p. 137.

Digitized by Google

nos languens, ſua tamen obambulando adhuc procurans, lecto demum affigitur. Accitus Auctor hominem reperit lenta febre emaciatum cum pulſu exili, æſtu urente, inſigni cutis e flavo lividæ ſiccitate, anxietate præcordiorum, lingua alba muco lento obſeſſa, alvoque pertinaciter adſtricta. Ex longo jam tempore æger obtuſum ſentiebat per vices in ventre dolorem, in dextro plerumque deſinentem latere. Tactu nil niſi hepar ſcirrhoſum ſolitoque minus percipi videbatur. Idcirco cum malum arte majus crederetur, diæta ſolummodo imperata, remediaque alvum promoventia data. Abhinc fato ſuo relictus homo noviſſimis 7 vel 8 vitæ diebus cœpit alvo fluente inſignem nucleorum ceraſorum copiam ex intervallis jam brevioribus jam longioribus, jam ſine ullo jam gravi cum dolore, vario numero egerere. Examine facto conſtitit, anno quo decubuit, eum haud ultra 50 ceraſa tota illa æſtate comediſſe; ſiquidem uxor perpetuo ipſi aſſiſtens ad ſummum 24 ceraſa pro una vice eidem conceſſerat, nec aliunde plura obtinuit; egeſſit vero nucleos prope 400: quos proinde a præcedente adhuc anno fere per 15 menſes in inteſtinis delituiſſe oportuit.

Digitized by Google

Admirabile autem fuit, complures horum nucleorum vegetationem ſubiiſſe; e ſemiapertorum enim ſeminibus manifeſtum prodibat germen, plures lineas longum, et una cum ſuo ſemine marcidum, dum aliis in nucleis nec hiatus uſpiam aderat, nec ſubſtantia ſeminis ullatenus fuerat mutata. Quibusdam in ſeminibus occipiebat marcor, in aliis perfectus jam adfuit, pleraque autem nil ſuo e vigore amiſerunt; neque etiam alii nuclei, quam qui germen protruſerant, dehiſcebant. Etſi vero haud ita facile conceptu ſit, qua ratione hujusmodi dyſpepta in ſtomacho vel inteſtinis deliteſcentia febrem hecticam inducere valeant; multo tamen difficilius eſt explicatu, qui fiat, ut id genus dyſpepta in ſolis faucium latebris diutius moram trahentia homines efficiant hecticos, quemadmodum in ARNOTI (*b*) ſutore ac HOECHSTETTERI (*i*) cive eſt obſervatum.

b) *Potus ſpirituoſi*, vel *putridi*, vel *frigidi* corpore æſtuante hauſti. A potu aquæ pluviæ ſtagnantis ac putidæ ruſticum

(*b*) Vide §. 38 d).
(*i*) Ibidem.

Digitized by Google

quemdam juvenem hectica febre correptum J. C. ACOLUTHUS (*k*) ſanavit. Et e potu frigido æſtuante corpore eandem HEISTERI (*l*) homo, uti et e conſvetudine potum glacie refrigeratum hauriendi ſexagenarius VOLKAMERI (*m*), ſunt adepti. Multo autem frequentius morbus hic immoderato potuum ſpirituoſorum uſui debetur, quod in primis experti ſunt BURGII (*n*) cerdo, DELII (*o*) ſenex et literatus, RIEDLINI (*p*) vetula, HOFFMANNIque (*q*) juvenis, et (*r*) „ vir quadragenario major, „ phlegmatico-ſanguineus, (qui) a multis jam „ annis compotationibus in ſeram uſque „ noctem indulſerat, modo cereviſiam modo „ vinum modo vini ſpiritum bibens, parum vero appetens. A duobus autem menſibus valida affectus erat tuſſi ſomnum omnem ar-

(*k*) Act. nat. cur. Vol. 10. obſ. 54.
(*l*) Vide hiſtor. 3.
(*m*) Vide §. 58 a).
(*n*) Vide §. 47 a).
(*o*) Vide §. 22 c).
(*p*) Vide §. 48 b).
(*q*) Vide hiſtor. 5.
(*r*) l. c. obſerv. 1.

Digitized by Google

„ cente, cum intenſo æſtu veſperi ingra-
„ veſcente, ægra ſpiratione, virium deje-
„ ctione, et corporis conſumptione, nec
„ non copioſo per tuſſim muci ſcreatu . . .
„ Svaſit (Auctor) cereviſiam medicatam hanc:

℞. Herbæ hepaticæ
—— pulmonar.
—— heder. terr.
—— ſcabioſæ
—— card. ben.
—— veronicæ
—— agrimon.
—— tuſſilag.
Muſci pulm.
Flor. hyperici aa. M. ij.
Rhabarbari ʒij. M. conciſa indantur
„ ſacculo, et ad fermentationem ſuſpendan-
„ tur in 50 menſuris cereviſiæ recentis. Ex-
„ hibuit quoque ℈em ex matre perlarum, an-
„ tihectico POTERII, lapidib. 69 et nitro,
„ cum emulſione dilutiori ex amygdalis et
„ pineis. Dedit porro conſilium, ut largi-
„ ter ſorbillaret juſcula tenuia ex carne vi-
„ tulina cum radice ſcorzoneræ et cichorei
„ decocta. His per aliquot hebdomades
„ uſurpatis nunciatum . . . egregium acceſ-
„ ſiſſe levamen. Hinc ſvaſit, ut uſui in-

Digitized by Google

„ ſiſteret adhuc per menſem: quo etiam cum „ periculoſo morbo in gratiam rediit. Sed „ cum ſvetum vitæ genus bibulum nihilo „ ſecius ſectaretur, multisque domeſticis cu„ ris afficeretur, anno circumacto poſt gra„ vem iram incidit in hæmoptyſin, quam ſe„ cuta phthiſis, hectica, tandemque mors „. Idem etiam a vino puerperæ STORCHII (s) evenit. At luculentiorem hecticæ ab helluatione caſum nemo, quod ſciam, S. G. VOGELIO (t) memoriæ prodidit: vir juvenis ſecundam ſuam fortunam ad proluendum per plures annos guttur damnans primum ſpiritui frumenti indulſit, cui poſtea conſilio aliorum vinum, at largiori menſura, ſuffecit: unde diu licet clinicus factus eandem nihilo ſegnius orbitam trivit uſque adeo, ut poſtremis adhuc vitæ temporibus in dies complures vini menſuras exhauſerit. Quo factum eſt, ut Auctor ædibus helluonis vicinus factus odorem ejus naribus perciperet. Conſpectus vero ægroti horrorem oculis ingere-

(s) Vide §. 36 a).

(t) Verſuch einiger medic. pract. Beobachtungen 28 Beob. p. 84. ſqq.

Digitized by Google

bat; quippe cujus e corpore cum præter oſſa cutemque pene nihil eſſet reliquum, illud inſuper confertiſſimæ ubique puſtulæ minutæ acuminatæ rubræ, in primis vero faciem, obſidebant, exſudatoque humore acri vicinam excoriabant cutem. Aſſiduus porro ſudor a gliſcente febricula ſuſtentatus vires omnes peſſumdabat. Ingeſta quæque non ſine cruciante niſu ac ſtrepitu revomebat; quas turbas haud niſi ſolita vini copia ingurgitata valebat ſopire. Matutinis horis cum in momenta exſpiraturus videretur, fugientem animam eodem remedio morabatur, jamque pene exſtinctos vitales ſpiritus reſuſcitabat, qui vel ante jam haud quidquam præ immani manuum tremore ori admovere potis erat. Plerumque illi etiam fœtida diarrhœa moleſta fuit. Lotium erat flammeum, pulſus celer ac debilis, neque unquam alias ardentiorem æſtum, quam qualis ejus in volis ſentiebatur, obſervare fuit. Præ debilitate homo vix latus mutare valebat. Continenter quoque in ſomnum propendebat, etſi rarius obrepentem, atque tum etiam horridis inſomniis deliriisque perturbatum. Poſt diſflatam vini vim ſumma animi inquies, interdum ad deſperationem uſque, ægrum exagitabat.

Digitized by Google

tabat. Ea propter ille identidem lagenæ manus injiciens quietem ac tranquillitatem, quam nuſpiam alias reperit, vino procurabat. Atque ubi ita ſuis ſibique inviſus ſpe ac opinione diutius miſerabilem traxiſſet vitam, tandem animam e madido hoc et abominando ergaſtulo exhalavit.

c) *Aëria medicamenta*, ut ſalina, aromatica, &c. uberiori copia aſſumpta. Memorabilem ea de re hiſtoriam ſuppeditat J. HUXHAMUS (*u*): „ virum . . . nobilem „ nuperrime curabam, qui ad magnæ ſalium „ volatilium quantitatis uſum ita ſe aſſvefe„ cerat, ut feminæ illum olfactu perſentiſce„ rent, ut tandem iſta mirum ſane in mo„ dum ederet, prouti alii homines ſemen „ carvi ſaccharo conditum edunt . . . Cujus „ effectus cito hi erant, ut febris hectica, „ ingentes hæmorrhagiæ ex inteſtinis nari„ bus et gingivis accederent, omnes ejus „ dentes exciderent, nihilque ſolidi ede„ re valeret, ejus carnoſæ partes inſigni„ ter diminuerentur, et ejus muſculi tam „ molles et flaccidi efficerentur, ut muſcu-

(*u*) Diſſ. de angina maligna Opp. T. 3. No 10. p. 125.

Digitized by Google

„ li recens nati infantis, atque in toto ejus „ corpore erumperent puſtulæ intolerabili- „ ter prurientes, ita ut ſe ipſum continuo „ ſcalperet, et cutim unguibus impetuoſum „ ſatis in modum dilaceraret. Ejus urina „ ſemper profundiſſime tincta apparebat. „ Tandem magna cum difficultate, ut hunc „ nocivum relinqueret guſtum, commove- „ batur; at tam efficaciter ejus conſtitutio- „ nem pervaſtaverat, ut licet per varios „ menſes miſerrima ratione traheretur, ta- „ bidus tamen ſummoque in gradu periret „ maraſmi. Atque ipſum multo citius mor- „ tuum fuiſſe perſvaſum habeo, niſi con- „ ſtanter vina bibiſſet liberalius optima ge- „ neroſioraque, et larga in quantitate lac „ aſininum atque ſuccos antiſcorbuticos cum „ ſucco aurantiorum Sevilianorum, limo- „ num, ceterisque bene acidulatos adhi- „ buiſſet „. Aliud huc faciens exemplum J. C. BECKERUS (x) memorat: „ uxor... „ bibliopeji ſanæ alias, cum virgo eſſet, „ conſtitutionis, in ſecundo puerperio... „ ad promovenda lochia ab obſtetrice po-

(x) Append. ad tract. de ſubmerſor. morte ſine pota aqua Obſ. II. p. 133.

Digitized by Google

„ culum haurit valde piperatum; a quo
„ tempore calorem ſentit intenſum, maxi-
„ me in volis manuum pedumque; perpetuo
„ potum appetit; fauces ſiccæ ſunt, os a-
„ mareſcit, ventriculus roditur, atque ex
„ calore redditur infirmus. Sanitatis allecta
„ ſpe medicamenta avide ingurgitat, atque
„ perſæpe in eos incidit, . . . qui miſſione
„ ſanguinis purgantibusque draſticis maxi-
„ mam curæ partem abſolvi poſſe putantes
„ debitam educti vena ſanguinis quantita-
„ tem animi deliquio, purgantium vim ſe-
„ dum decadibus judicandam exiſtimant. Tan-
„ tum vero abeſt, ut his curata fuerit,
„ uti potius malum ingraveſceret, et in
„ conſortium ſymptomata traheret quam plu-
„ rima: nempe calor intenditur, ſitis arguit
„ aſſidua, dolor abdominis ingruit; ut pro-
„ pterea inclinato corpore incedere, ma-
„ nibusque ſuſtinere ac comprimere abdo-
„ men cogeretur. Porro hepar ſubinde
„ pungitur, tuſſis afficit ſicca, cor palpitat,
„ præcordia anguſta ſunt, alvus 3° aut 4° de-
„ mum die reſpondet, dextro lateri minus
„ commode, ſiniſtro difficillime et non ſine
„ magno ventriculi dolore incumbit. Tan-
„ dem ita imbecillus ſenſilisque fiebat ven-

Digitized by Google

„ triculus, ut hausto pauxillo vini vehe-
„ menter incalescceret, ex cerevisia fieret
„ tumidior, assumpto jusculo potaque aqua
„ doleret, ac propterea magno suo incom-
„ modo sentire ægra posset, quo in loco
„ pota vel cerevisia vel aqua sit, ac inge-
„ stus cibus jaceat, et quo motu intesti-
„ norum peristaltico moveantur. Cum enim
„ die 80 Aprilis A. 1701 unicum frustulum
„ spiræ butyro infectæ 6a a puerperio 7o
„ hebdomade comedisset, continuo inflatio-
„ nem doloremque ventriculi percepit, pun-
„ gique minimarum ac dentibus contritarum
„ partium extremitatibus ventriculum sensit,
„ locum ostendens, ubi ingestæ spiræ par-
„ ticulæ jaceant. Sequenti die dextrum
„ etiam hypochondrium dolet, quem mox
„ tumor magnitudinem panis similaginei 2
„ obolis venalis exæquans excepit, isque
„ vehementissime dolens, ut vel levissimum
„ lodicis attactum nequiret perferre: qui
„ cum cessante etiam dolore subsideret, no-
„ vus ac intensissimus intestina infestat do-
„ lor, quem clysteris usus non parum le-
„ niebat. Die 150 ejusdem mensis visui se
„ objicit aurigo cum urina turbida crassa
„ crocea, dejectionibus albicantibus deinde

Digitized by Google

„ viridibus, crebriorique ad dejiciendum
„ ſtimulo. Hinc viribus vitalibus ſuccum-
„ bentibus die 21a ejusdem placide . . .
„ animam reddidit . . . Reſecto abdomine
„ ante omnia omentum ſe videndum ſiſte-
„ bat uſque adeo putridum, ut leviſſimo
„ digitorum attactu in fruſtula concideret.
„ Ventriculus et inteſtina vix papyrum craſ-
„ ſa, nullumque rugarum cruſtæque villoſæ
„ ſive tunicæ glanduloſæ veſtigium haben-
„ tia et lucis radios tranſmittebant, et ita
„ erant munda, ut aqua aliquoties elota
„ tibi videri potuiſſent. Hepar penitus ni-
„ gricabat, de quo conſciſſo cochlear pu-
„ ris deprompſimus. Veſicula fellea juſto
„ major valdeque diſtenta bilis vice 145 ſub-
„ flavis calculis . . . referta erat, haud ſe-
„ cus ac ſi pingvedine illiniti eſſent, lævi-
„ bus, in centro denti carioſo ſimilibus,
„ 3iij pendentibus. Quinque et octoginta
„ piſum magni decagonæ ſunt figuræ, octo
„ et triginta coriandri magnitudinem figu-
„ ramque octogonam habent, ceteri minores
„ ſunt, et circumferentia ſua 5 angulos
„ oſtendunt; quæ vero adhuc ſupereſſe vi-
„ debatur bilis, tota fabuloſa erat et calculo-
„ rum tantum non innumerorum ſeminium.

Digitized by Google

„ Id vero vel maxime mirandum eſt, ſingu-
„ los cujusque ordinis ita ſibi ſimiles eſſe,
„ ac ſi de induſtria manuque opificis quam
„ aptiſſima eſſent tornati. Ren ſiniſter tan-
„ tum habebat puris, quantum digitale capit.
„ Lien optime et naturaliter erat conſtitutus,
„ quamvis ſplenetica habita, de iſtius dolo-
„ re et morboſa conſtitutione ſemper con-
„ queſta fuerat, ſpleneticisque emplaſtris la-
„ tus multos annos cinxerat. Uterus, cujus
„ procidentia non parum defunctæ moleſta
„ fuit, ligamentis ſuis firmiter naturaliter-
„ que erat annexus. Pulmones coſtis anne-
„ xi, cetera ſani apparuerunt. Dextrum
„ cordis ventriculum polypus medii digiti
„ longitudinem excedens, quem palpitatio-
„ nis cordis fuiſſe cauſam exiſtimo, opple-
„ verat, qui cordis lacertis implicatus cau-
„ das in arteriam pulmonariam extendebat„.
Præ primis autem diaphoretica intempeſtive exhibita febrim hecticam inducere ſunt obſervata, quale vel maxime eſt ſaturatius Guajaci decoctum; „ nam et multi, ait P. FORESTUS (y), lue Gallica laborantes, ma-

(y) l. c. ſchol. ad Obſ. 9.

„ cilentiores facti, perperam eo utentes, „ in hecticam delapſi ſunt „: quod viro COHAUSENII (z) ſyphilitico accidit. Sed nullum pene remedium promptius ad hecticam ducit, quam internus mercurii ſublimati corroſivi uſus, ſi is ſenſibilioribus ægris non ſatis circumſpecte præbeatur. E pluribus exemplis, quæ FOURNIER fideliter narrat, unum huc præ primis facit, nempe (a) vir 42 annorum ſanguineus ac robuſtus jam inde a 5 vel 6 menſibus lævo in femore herpetem craſſa cum cruſta nactus eſt, late jam ſerpentem ſaniemque pinguem ac purulentam exſudantem, non ſine ſumma in ambulando, noctuque ob ardentem rodentemque pruritum aſſiduum, moleſtia. Fruſtra probatiſſimis quibusque internis et externis remediis adhibitis, ſub ipſo horum uſu alius priori ſimilis herpes in facie efflоruit. Quo factum, ut ob morbum venereum olim toleratum, nec rite ſatis tractatum, herpetes hi labis venereæ quid fovere crederentur. Idcirco datus ☿ us

(z) Vide §. 47 b).

(a) l. c. 1. Th. 1. Cap. 4. Beobacht. p. 35. ſqq.

Digitized by Google

ſublim. corroſ. quo ſexies ſumpto mox herpes faciei evanuit, et qui femur tenebat, ſiccari cœpit, non ſine ſpe proximæ ſanitatis. Eapropter cruſtæ etiam ſeparatio, quotidie eam decocto althææ cum ℥ ii dicti gr. ſ intus ſoluto lavando, tentata. Cum omnia auſpicato procederent, ægerque alacris negotia ſua rurſus, ut ante, obiret, lapſo ita trimeſtri homo denuo ſine ulla manifeſta cauſa ægreſcere ac languere cœpit per intervalla; acceſſit tenuis æſtus cum ſiccitate, ut ut ſine anxietate ac tuſſi. Idoneis potibus cum hæc non cederent, excitatus in femore proxime locum, ubi herpes ante fuit, fonticulus, dataque jura herbacea ſanguinem depurantia. Aliquot poſt diebus orta eſt imbecillitas ſtomachi cum anorexia, cathartico ſumpto non abolendæ: jura ergo herbacea continuata, ac per aliquot dies mane in lecto haurienda imperata. Verum finiente die 6° increvit ſiccitas et æſtus cum ſiti, tametſi æger pro potu uteretur decocto hordei vel oryzæ. In locum igitur herbacei juris ſuffectum lac bubulum leviter defloratum, infuſo polytrichi remixtum: unde æſtu et ſiccitate imminutis veſperi etiam lac datum. Sed ingruente re-

Digitized by Google

pentina diarrhœa cum ſiccitatis, æſtus, ac febris augmento, opus erat antacidis ac ſtomachicis; a queis etſi alvus aliquatenus ſubſtitit, ſymptomata cetera nullatenus mitigabantur. Idcirco in 3 hebdomades data jura e vitulino pulmone ranisque cum ſaponaceis herbis non ſine euphoria. Progreſſus tamen febris lentæ impediri iis non potuit; paroxyſmi veſpertini diuturni, ut ut non vehementes; levi totius corporis ſudore ſolvebantur. Interea corpus in dies magis extenuabatur, ægerque identidem, præſertim a paſtu, ſat longis animi deliquiis laborabat. Sub exquiſito languore vires manifeſte decreſcebant. Tolerata ſic in 5 menſes ægritudine, tandem ſub indubiis hydrothoracis indiciis, femorum nempe oedemate, et anxietate ad minimum ſemper corporis in lecto motum oborta, fatis ceſſit.

§. 27.

4. VERMES quoque aut alia qvævis inſecta in primis viis nidulantia ad hecticam trahunt, ut CLOSSII (*b*) adoleſcens, juve-

(*b*) Vide §. 38 d).

nesque FRITZII (c) ac WEISSII (d) testantur; praesertim vero luculentum hujus rei exemplum vidit G. KLAUNIG (e): „ lapi-„ cida 20 annorum . . . tussi et sputo cruen-„ to arti suae alias non infrequenti A. 1717 „ die 20 Maji afficitur. Praeterlapsa hebdo-„ made ob debiles vires lectum petere, et „ 26 Junii nos accedere cogebatur. Tunc „ temporis liber erat a sputo praeternaturali „ tussiendique molestiis, nec conquestus „ fuit nisi de siti summoque corporis langvo-„ re, ut et surgere non valeret. Cetera sa-„ tis bene comedebat, ac somnum capiebat „ tranquille. Pulsus vix tactu perceptibilis. „ Lotium tenue et pallidum; alvus nun-„ quam non difficilis. Mense Julii appeti-„ tus multum cessavit, et die 22 febris cum „ alvi fluxu, quo primum excrementa fusca „ foetentia, ac postmodum mucosa instar sper-„ matis ranarum observabantur, magno im-„ petu irruit, qui calor hecticus post pa-„ stum genas roseo colore tingens volasque „ manuum urente aestu afficiens, atque fre-

(c) Vide §. 42.
(d) Vide §. 38 d).
(e) Nosocom. charit. hist. 23.

Digitized by Google

„ quens alvi dejectio ægrum non nisi cum
„ vita die 30 Augusti deseruere. Ex hacte-
„ nus nota hecticæ febris indole visceris ali-
„ cujus obstructionem et hanc excipientem
„ abscessum præsupponens juxta methodum
„ causæ morbificæ ejusque symptomatibus
„ per chalybeata aperitiva, pallulata, gela-
„ tinosa, lacticinia, aliaque demulcentia,
„ et tandem cydoniata frenum injicere ten-
„ tavi. Etiamsi nec sanguinis nec humorum
„ dyscrasiæ medicamenta adhibita obstent,
„ quo minus sæpius ab his corrigi possit;
„ tantæ tamen corruptioni minime satisfeci-
„ se dolemus, et eo magis postquam exti-
„ spicium eodem adhuc die institutum visce-
„ ra penitus salva nobis exhibuit. Adstabat,
„ cum aperiebatur cadaver tabe consum-
„ ptum . . . D. RETHEL . . . qui mecum
„ inspexit pulmones floccidos cœruleis pun-
„ ctis ob stagnantem sangvinem exterius
„ conspicuos, ab omni scirrho vel abscessu
„ immunes. Cordis quidem uterque ventri-
„ culus polypum abscondebat, sed adeo te-
„ nuem, ut sangvinis circulo obicem po-
„ suisse non fuerit credibile. Diaphragma,
„ hepar cum bile, lien, pancreas, omen-
„ tum pingvedine saltem destitutum, renes,

Digitized by Google

„ carebant omni labe; ex inteſtinis autem „ ileon lumbricum continuit album, tere„ tem, et ſatis longum, cum reliqua inte„ ſtinorum contenta intenſe flava nec fœten„ tia eſſent. Interna inteſtini recti tunica „ quodammodo nodoſa et durior neſcio an „ in cauſa fuerit, quod ani ſphincter et in „ vita et poſt mortem ſemper hiaverit. Hic „ viſcerum ſtatus quemlibet facile convin„ cet, unice ſanguini et humoribus, quo„ rum naturalis miſtio fuit adeo deſtructa, „ ut colliquatio per alvi fluxum ſe termi„ nans ſequeretur, jure meritoque imputari „ mortem. Acceſſit verminoſa putredo... „ Cum enim... exſtincto ante aliquot ho„ ras homine cadaver ſectioni anatomicæ „ exponeretur, ejus peripheriam ubique „ circumdabant vermes tarmorum ſpeciem „ habentes, turmatim per nares, os, anum„ que prodeuntes „.

§ 28.

5. HUMORUM *jactura* inſignis, v. g.

a) *Chyli* e corpore, ſuisve conceptaculis aliorſum, evacuatio, qualis in cœliaca

paſſione, diabete chyloſo (*f*), vel organorum chylum vehentium læſionibus accidit. Hujus loci eſt ſingularis J. LANGELOTTI ad T. BARTHOLINUM (*g*) perſcripta obſervatio: „ equitum Magiſter . . . in pugna „ Fiönenſi circa mediam dorſi vertebram „ ſclopeto læſus, globulo ſubter ſiniſtram „ ſcapulam exeunte, initio quidem non „ adeo male habuit, conſveta tantum vul„ nerum ſymptomata paſſus. Poſt tamen 14 „ dies retulit, obſervatum fuiſſe in linteis „ copioſum albicantem humorem, atque con„ tinuaſſe per intervalla, neſcium tamen ſe „ fuiſſe, unde aut qualis eſſet, neque „ medicum aut chirurgum, quorum conſilio „ et opera utebatur, quidquam de eo mo„ nuiſſe. Hæſit vero per integram hyemem „ Ottenſoniæ. Menſe Aprili in has oras „ delatus ſtatim me vocandum juſſit. In„ veni . . . debilem valde, macie confe„ ctum, atque ſingulis circa veſperam die„ bus leviter incaleſcentem. Quæſivi ſtatim „ de pulmone læſo; aſt ſibi de eo nihil

(*f*) Vide meum Commentar. de diabete §. 11. et 14.
(*g*) Epiſt. medic. Cent. 3. Epiſt. 37. p. m. 136. ſq.

Digitized by Google

„ conſtare hactenus ajebat. Vulneris os
„ ſuperius conſolidatum erat, inferius ſtilla-
„ bat conſvetam ſaniem. Sperabam optima
„ quæque; verum biduo elapſo adverti ſu-
„ pra notatum liquorem albicantem, paulu-
„ lum tamen flaveſcentem, tanta in copia
„ effluxiſſe, ut non ſolum lintea qvintu-
„ plicia, induſium, lodicesque imbuerit,
„ ſed quoque lumbos inundaverit. Miratus
„ inſolitam materiam ſtatim cogitare cœpi,
„ cum diverſa plane eſſet a ſanie et ichori-
„ bus, an non liquor chyloſus toti ad nu-
„ tritionem deſtinatus inordinata hac via pro-
„ flueret? Quandoquidem D. patiens bene
„ appeteret, cibisque euchymis et delicatiſ-
„ ſimis uteretur, corpus tamen in dies ma-
„ gis magisque contabeſceret. Cogitavi ſe-
„ rio de eo, neque quidquam aliud reperire
„ potui. Concluſi igitur, nihil magis e re
„ . . . fore, quam ſi vulneris os ſuperius
„ aperiretur rurſus, quo debita læſo pulmo-
„ ni remedia applicari poſſent. Propoſui
„ conſilium, placuitque; . . . ſed D. Baro
„ renuit plane, libereque profitebatur, ſe
„ tantum ſuper eo horrorem animo conce-
„ piſſe ſuo, ut mallet mortem potius quam
„ ſectionem experiri. Excluſus ergo ſalu-

Digitized by Google

„ berrimo consilio, quidquid alias remedio-
„ rum superesset, conquisivi sedulo, institu-
„ taque accurata diæta, adhibitis quoque in-
„ terius et exterius selectissimis balsamicis
„ . . . in tantum profeci, ut non solum
„ febricula sed et fluxus ad 14 dies remitte-
„ ret, habitus quoque corporis usque qua-
„ que floridior appareret magno cum patien-
„ tis gaudio, qui omni se defunctum pericu-
„ lo putans paulo largius absente me se in-
„ vitaret, usus, quibus delectabatur, in
„ primis calidioribus, quæ tamen maxime
„ noxia sibi fore prædixeram. Recurrit ita-
„ que fluxus, atque continuavit ad vitæ us-
„ que finem, quem ex nimia animi corporis-
„ que commotione sibi acceleravit. Namque
„ cum digladiantes non procul a conclavi suo
„ ministros vellet compescere, neque ii di-
„ cto morem statim gererent, adeo commo-
„ vit se, ut primum epilepticis convulsio-
„ nibus, postea hemiplegia lateris sinistri
„ corriperetur, quæ cis paucos dies corpus
„ exsuccum viribusque destitutum e medio
„ sustulit. Cadaver . . . apertum in infe-
„ rioribus nihil notatu dignum præbuit;
„ tantum pulmones ea, qua vulnus infli-
„ ctum parte insignem putredinem concepe-

Digitized by Google

„ rant. Id vero leve primitus fuiſſe, omnis-
„ que periculi expers, autopſia monſtravit„.
Sed cur Obſervator thoracicum ductum, quem
vulneratum fuiſſe e chylo per vulnus iden-
tidem procedente colligitur, haud per-
luſtravit? Haud minus inſignis eſt caſus
hecticæ a chylo in cavum abdominis effuſo
aſcitemque inducente enatæ, de quo ita
R. MORTONUS (*b*): „ filius... armi-
„ geri circiter annos duos natus et den-
„ turiens a frigore percepto in peripneu-
„ moniam incidit, atque longo tempore a
„ pharmacopola, omiſſis Væ Se aliisque cu-
„ rationi legitimæ apprime neceſſariis peſſi-
„ me habitus eſt. Tandem autem a me...
„ per detractionem ſanguinis, applicationem
„ veſicatoriorum, et linimentorum thoraci-
„ corum, ut et per exhibitonem medica-
„ minum pulmonarium quadamtenus reſtitu-
„ tus eſt; valetudinarius tamen cum tuſſi
„ et difficili reſpiratione manſit, per ſpa-
„ tium ſcilicet anni unius ad minimum. A
„ quo tempore miſellus puer febre hectica
„ quotidie intermittente cœpit detineri,
„ quæ

(*b*) Phthiſiologiæ L. 1. C. 10. hiſtor.

Digitized by Google

„ quæ licet uſu corticis Peruviani ſæpiſſime
„ profligata fuerit, cito tamen revireſcere
„ ſolebat, et quidem incertis intervallis per
„ annum integrum ad fatalem uſque diem
„ recrudeſcebat. Ab initio vero febris ab-
„ domen hydropico tumore diſtendi cœpit;
„ qui quidem tumor mirum in modum in
„ dies creſcebat cum augmento tuſſis et
„ dyſpnœæ: quibus omnibus ſymptomatis
„ atrophia partium ad gradum uſque ma-
„ raſmi tandem ſuperinducebatur. In ſumma
„ vero corporis emaciatione et hydropis
„ ἀκμῇ (quod notatu dignum) vultum ha-
„ buit vegetum et elegantiſſimum abſque
„ vel minima flavedinis tinctura, appetitum
„ etiam firmum ſeu magis voracem, idque
„ ad funeſtum uſque diem. . . Paracentheſi
„ . . . facta in abdomine, dum adhuc vivus
„ erat puer, extraximus plurimas libras
„ chyli lacteſcentis et admodum dulcis, qua-
„ lis in ipſo ductu chylifero reperitur. A-
„ perto vero poſt mortem cadavere non
„ obſtante difficili reſpiratione et longa
„ tuſſi invenimus pulmones ipſos ſanos et
„ ſine aliqua p. n. affectione, niſi quod in
„ poſtica parte prope tracheam glandulæ
„ apparebant valde numeroſæ, eæque ſatis

Digitized by Google

„ insignes et duræ, egregiam pressuram su-
„ per ipsum ductum chyliferum efficientes,
„ fere qua parte venam subclaviam pertin-
„ git, erantque adeo insignis ponderis et
„ molis, quod ob pressuram super ductum
„ inde factam, ac si a fascia injecta, diffi-
„ cile admodum videbatur, si omnino possi-
„ bile, ut chylus se se in sanguinem trajice-
„ ret. Atque inde factum est procul dubio,
„ quod vasa lactea tenuia in abdomine sita
„ (chylo continuo premente et transitum
„ facilem superius per ductum chyliferum
„ non reperiente) ultra tonum distenta tan-
„ dem rupturam paterentur, atque ita in ca-
„ vitates abdominis chylum sangvinis repa-
„ rationi destinatum quasi continuo rivo tra-
„ jicerent „.

b) *Lactis.* „ Lanionis M. uxor, in-
„ quit J. MURALTO (*i*), 42 annos nata,
„ cholerica, lactans, die 17 Octobr. A.
„ 1681 apud me conquesta est, se tota æsta-
„ te viribus defeciisse; inde vero a 10 heb-
„ domadibus tussim siccam pati cum siti citra
„ cordis oppressionem; rursus jam a 14 die-
„ bus cibum ferme nullum appetere, passio-

(*i*) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 1. obs. 109.

Digitized by Google

„ nibus hyſtericis crebro affici; denique ab „ octiduo ardores, rigores, defluxiones, „ ſudores copioſos, capitis dolorem, cordis „ palpitationem, et maciem extremam ſen„ tire. Svaſi, infantem ablactaret, utere„ turque vino medicato et balſamo antiphthi„ ſicis; præterea biberet ſerum lactis cum „ conſerva roſarum, et ſubinde acciperet „ diaphoreticum Joviale. His vires inſtau„ ratæ ſunt, et ægra convaluit„. Perinde „ TISSOTI (*k*) plebeiæ lactatio hecticam „ febrem acceleravit.

c) *Sanguinis.* Ita hecticam e nimiis menſibus GRIFFITHII (*l*) mulier, ex uteri hæmorrhagia Penſionarii uxor apud FORESTUM (*m*), puerpera HOFFMANNI (*n*), matronæque RIEDLINI (*o*) ac WEIKARDI, (*p*) contraxere. Damnatur quoque apud ZACUTUM (*q*) V^a S^o debilibus in corpo-

(*k*) Vide §. 55 a).
(*l*) Ibidem d).
(*m*) Vide §. 39 h).
(*n*) Vide §. 76.
(*o*) Vide §. 55 a).
(*p*) Ibidem b).
(*q*) l. c. L. 3. Obſ. 52.

Digitized by Google

ribus, quod ad hecticam ſternat viam: „ hoc „ conſilium ſpernens quidam medicus fuit in „ cauſa, ut æſtate vigente valetudinarius „ citra morbum ſanguinem ſibi mittendum „ curaret; qui cum gracilis eſſet, debilis, „ extracto ſanguine febrire cœpit, et de „ hepatis phlogoſi valde eſt conqueſtus. „ Medicus virium defectum non advertens „ loco refrigerantium et expurgantium, quæ „ illi neceſſaria erant, iterum atque iterum „ ſanguinem exhaurit. Hoc auxilio cele- „ brato et ſanguine . . . vacuato magis ex- „ carnis eſt factus, et tabida febri arreptus „ nullis unquam auxiliis levari potuit; ſed „ vitio in vitium mutato e vita diſceſſit „.

d) *Seri*, *lymphæ*, ut in ſudoribus profuſis, diabete, diarrhœis, leucorrhœa, lymphaticis tumoribus apertis, ſpina bifida reſerata, nimioque puris ſaniei ichorisve in ulceribus proventu, &c. Ita chirurgiæ ſtudioſum ab ulceribus ubertim pus præbentibus hecticum vidit RAULIN (*r*), et virum alium GRIFFITH (*s*). WEIKARDI (*t*) ma-

(*r*) Vide §. 48 b).
(*s*) Vide §. 55 d).
(*t*) Ibidem b).

Digitized by Google

tronæ hecticam leucorrhœa cauſavit; GRIFFITHII (*u*) ſeni diabetes eandem attulit. A ſudoribus profuſis illam duobus in ſexagenariis ortam vidit MORTONUS (*x*), in puero autem a dyſenteria (*y*). Hypercatharſin ſecuta eſt in medicinæ ſtudioſo BORELLI (*z*), viroque ac femina HOFFMANNI (*a*). Conſpicui etiam viri caſum P. FORESTUS (*b*) refert „ qui cum accepiſſet paulo ampliore „ doſi merziacanam radicem cum vino, inci„ dit in alvi fluxum enormem, quem parvi fa„ ciens diarrhœa corripi cœpit, et ab ea „ in dyſenteriam malignam prolapſus et in „ fluxum hœmorrhoidalem, hecticam incur„ rit; cum quibus ſymptomatis aliquot ſe„ ptimanis conflictatus . . . hectica jam con„ firmata, et conſumptus . . . remediis nul„ lo modo juvantibus . . . obiit„.

e) *Seminis.* Hujus enim immoderata profuſio crebris vel Onaniis vel coitibus pro-

(*u*) Ibidem d).
(*x*) Vide §. 38 a) et 53 b).
(*y*) Vide §. 55 c).
(*z*) Hiſt. et obſ. med. phyſ. Cent. 2. Obſ. 64.
(*a*) Vide §. 71.
(*b*) l. c. ſchol. ad Obſ. 4.

Digitized by Google

curata impuris ſpumoſæ veneris alumnis hecticam ac tabem dorſalem conſciſcit. „ Haud „ rarum, ait F. HOFFMANNUS (*c*), ob„ ſervatu eſt, a profuſa nimis venere febres „ accendi et generari; novimus plures, qui „ immoderatius libidinantes in lentas febri„ culas cum partium tabeſcentia corporisque „ macie inciderunt „.

f) *Spirituum* denique diſpendium perinde ſæpenumero febribus hecticis occaſionem præbet, ut in protractis vigiliis, ſtudiis, curis, noſtalgia, mœrore, improbisque corporis laboribus, &c. quemadmodum viro cuidam ejusque ſorori apud RIEDLINUM (*d*) evenit, et BEMBO apud ACCOROMBONUM (*e*) a multis lucubrationibus accidiſſe veri eſt ſimile.

§. 29.

6. METASTASES *ſani*, *morboſi*, ut

a) *Perſpirationis*, *ſudoris*. Qua ex cau-

(*c*) Diſſ. de morbis a nimia et intempeſt. venere oriundis §. 21. Opp. ſuppl. 2. part. 1. p. 514.

(*d*) Vide §. 75.

(*e*) Vide §. 68 No 1.

Digitized by Google

ſa matrona HEISTERI (*f*) evaſit hectica, et „ ſimile fere, ait D. W. TRILLERUS (*g*), „ lamentabile exemplum ipſi quondam vidi„ mus . . . in nobili quodam aulæ Impera„ toriæ ſcriba, juvene negotiorum publico„ rum ſupra ætatem peritiſſimo, . . . qui „ cum ſordidum . . . pedum olentium ſudo„ rem propter quotidianum cum ipſa aula „ commercium ferre diutius non poſſet, re„ media ſtaltica et ſtyptica externa in ſua „ damna petiit a chirurgo quodam temera„ rio: . . . unde pariter mox ſubſequeban„ tur rauca ac ſuſpirioſa vox, aſthma ſic„ cum, cum tuſſi arida rebelli, totius cor„ poris oſſea quaſi macies, noctes exſomnes „ et turbulentæ, moleſtiſſimæ, tractuoſi oli„ dique ſudores, inſignem artuum omnium „ languorem poſt ſe relinquentes, intolera„ bilis capitis præſertim autem cervicis gra„ vitas, obtuſus ſenſuum ſtupor, atque in„ de omnium rerum menti olim impreſſarum „ aut caliginoſa oblivio aut confuſa et ob-

(*f*) Vide §. 55 c).

(*g*) Diſſ. nullam medicin. interdum eſſe optimam §. 17 (in HALLERI diſput. l. c. No 229. p. 32).

Digitized by Google

„ ſcura recordatio, manuum tremores, cru-
„ rumque vacillationes, et alia triſtiſſima
„ mala. Licet igitur quam ſolertiſſima cura
„ perpetim adhibita per balnea, fotus, ſca-
„ rificationes, frictiones, dropacismos, ve-
„ ſicantia, imo et denique fonticulos ipſos
„ repreſſus iſte fatalis ſudor perquam arduo
„ labore tandem in pedes auſpicato reduce-
„ retur; nihil quidquam tamen dira iſta
„ ſymptomata remittebant; quin potius uno
„ eodemque modo præfracte ſemper decur-
„ rebant: quoniam nempe acris illa madoris
„ materia ſemel ſubito repercuſſa altius jam
„ impacta hærebat pulmonibus vitiatis, quam
„ ut ulla humana ope aut arte in pedes
„ deſertos revocari denuo potuiſſet„.

b) *Sangvinis*, qui vel ſpontaneis hæmorrhagiis vel arte ſolebat prius evacuari. Ita curandam habuit J. P. LOTICHIUS (*b*) mulierem ex lochiis ab ultimo partu, menſibusque abhinc ſuppreſſis, hectica cum tuſſi, tremore cordis, ſenſu ponderis circa umbilicum, lotioque tinctiori, at ſine ſedimento, laborantem. A ſuppreſſis perinde cata-

(*b*) Obſ. med. L. 1. C. 2. Obſ. 2.

Digitized by Google

meniis POTERII (*i*) monacha, et a ſubſiſtente hæmorrhoidum fluxu homo KALTSCHMIEDII (*k*), febrim hecticam ſuſtinuere. Ita et F. HOFFMANNUS (*l*) „ no„ vit ſenem octuagenarium robuſtæ naturæ, „ et ob nimiam ſangvinis redundantiam ſin„ gulis menſibus hæmorrhoidum fluxui ob„ noxium, ceterum bene valentem et bene „ appetentem, in primis cum quotidie vini „ liberalem hauſtum biberet cum oblecta„ mento. Hic tandem autumno, confecto „ itinere et pota cereviſia minus defecata, „ ingeſtis quoque aliis fermenteſcentibus, „ digeſtionis turbas et flatulentias expertus „ eſt. Subſtitit paulo poſt hæmorrhoidum „ ſtillicidium, appetitus periit, vires ſuc„ ceſſive conciderunt, ructus facti conti„ nui cum conatu ad vomendum, os ficca„ tum, alvus obſerata, pulſus celer redditus „ ac debilis. Hæc durarunt per 2 menſes, „ et graviora in dies facta; tandem fruſtra „ adhibitis omnibus vitæ attulerunt finem„.

(*i*) Vide §. 49.
(*k*) Vide hiſtor. 6.
(*l*) Med. rat. ſyſt. l. c. Obſ. 7.

Digitized by Google

c) *Exanthematum* seu febrilium seu apyretorum. J. D. GOHLIUS (*m*) „ atro-„ phia cum febre abdominisque duritie 3 „ puellas laborantes tractavit, ex quibus „ una 5 annorum ex achoribus et scabie re-„ tropulsa cum tali affectu nimis jam tum in-„ valescente diutius conflictata est, eoque „ mortua „. In ETTMÜLLERI (*n*) quoque studioso, MARXII (*o*) puella, ac NUNNII (*p*) præceptore febris hectica a retropulsa scabie emicuit. Interdum variolarum morbillorumve debetur reliquiis, velut in ETTMÜLLERI (*q*) nobili et HELLWIGII (*r*) Comite, binisque RIEDLINI (*s*) pueris est animadversum; in VOGELII (*t*) autem studioso ab urticali febre imperfecte judicata ortum cepit.

(*m*) Act. med. Berol. dec. 1. vol. 4. sect. 1. No 38. p. 54.
(*n*) Obs. 240. Opp. T. 2. P. 2. p. 421.
(*o*) Vide §. 53 a).
(*p*) Vide §. 55 c).
(*q*) Vide §. 41 n. 3.
(*r*) Vide §. 73.
(*s*) Vide §. 34 n. 3.
(*t*) Vide §. 55 a).

Digitized by Google

d) *Ulcerum*, præ primis venereorum, intempestive sanatorum. J. H. SCHULZII (*u*) „ juvenis nobilissimus ad delectationes . . . „ invitatus eo tempore gonorrhœa labora- „ bat. Incidebat in chirurgum, qui cito „ eam suppriмebat saccharo saturni large „ exhibito. Vix iliacæ passionis extremo „ periculo exemptus diu deinceps lenta „ febre typum subinde mutante vexabatur, „ magnoque labore et patientissima curatio- „ ne cum bona valetudine in gratiam re- „ diit „. Luctuosior vero eventus fuit in casu, quem LORENT (*x*) observavit: centurio 25 annorum sanguineo-phlegmaticus sumpto in febre acuta continua ♁e D'AILHAUD incidit in hypercatharsin alvumque cruentam. Febris aliquot post diebus desiit; at sub lenta convalescentia non multo post reversa est cum cephalalgia, siti, vigiliis, tussi, cardialgia, perpetuoque vomitu, atque ad omnia remedia ultra viginti dies contumax afflictis sensim viribus ægri in hecticam degeneravit, celeriter secundum

(*u*) Diss. cit. §. 15.

(*x*) ROUX Journ. cit. T. 14 Mars 1761.

Digitized by Google

ad gradum provectam cum crebra narium hæmorrhagia ſputisque mucoſis ſpumantibus ac ſapore contentorum ſtomachi præditis, nec non tanta ſtomachi irritabilitate, ut neque alimenta ferret neque remedia citra dolorem, anxietatem, vomitum, diarrhœam, tuſſim contumacem, febrisque exacerbationem, &c. Tum primum accitus Auctor exhibuit omnis generis humectantia, nutrientia, plaſtica, tonica, &c. præterquam lac et ejus ſerum, ut quod æger ob ſequentes illico ructus amaros, colicam, et alvi fluxum nullatenus tulerit. Verum et priora in bimeſtre data nec hilum profuere, invaleſcentibus continenter hecticæ ſymptomatibus; ſolus vomitus deſiit, isque non tam a remediis quam lapſu potius virium; quandoquidem priſtina ſuperfuit ſtomachi irritabilitas, ob quam ille ea demum etiam, quæ alias tulit, ſenſim ferre recuſabat. Lapſum ita ſemeſtre ſine ulla emendatione. Nec abhinc melior fuit ſucceſſus a ſicca diæta tentata; deterior etiam ab aquis Plombiers dictis obſervabatur. Externa etiam quæque adhibita nil opis tulere. Unde æger extrema confectus macie 8° morbi menſe perivit. Verum ſex ante mortem hebdomadis

Digitized by Google

confeſſus eſt, ſe venereis ulceribus laboraſſe, quæ temerarius chirurgus non multo ante febrem ſolis externis remediis perſanavit. Quapropter ocyus adhibiti litus ☿les alternis diebus e ℥j unguenti; ſed ubi 7es aut 8es inſtituti ob cutem rugoſæ Pergamenæ membranæ ſimilem et a ☿o haud amplius penetrabilem nihil effatu dignum præſtitiſſent, haud viſum eſt eorum uſui diutius immorari. In perluſtrato deinde cadavere cartilagines coſtarum offificatæ repertæ, oſſaque perquam ſicca ac fragilia: caro muſculorum pene ad nihilum redactorum mollis erat pallida ac plumbea: pulmonis toto ambitu pleuræ accreti et gangrænoſi lobus dexter anterius in putredinem abiit, poſterius autem inſigne ulcus continebat. Pericardium pro parte cartilagineum cum corde tam arcte fuit concretum, ut ambo unam in maſſam abiiſſe viderentur. In principio arteriæ pulmonalis e corde ſicco pallido marcido vacuoque prodeuntis inſignis polypus inventus eſt. Auriculæ ſimilia cordi vitia habuere. Ventriculus flatu erat diſtentus, cujus e villoſa tunica exiguum quid tantum circa cardiam ſupererat, reliquum ſpatium illa orbum fuit glabrum ac veluti

Digitized by Google

raſum. Lien ſolito nigrior ac rotundior viſus: jecur omentumque ſphaceloſum, iſtudque ſimul admodum exiguum et ſubſtantiam ſiccam granuloſam digitis conterendam præ ſe ferens. Inteſtina valde contracta, renesque adeo collapſi ac molles, ut interius nihil diſcerni potuerit. In meſenterio, ejus glandulis, ac veſicula fellis nihil vitii. In vena cava ſuperiore et hepaticis pauxillum ſanguinis nigri repertum; cetera vaſa majora omnia vacua fuere. Atque ſic morbi mortisque cauſa videtur Auctori fuiſſe villoſa ventriculi a Cel. AILHAUDII ac ſubſecuto dein vomitu peſſumdata, ſimulque virus venereum retropulſum, quo morbi vis ac pertinacia fovebatur.

e) *Tumorum* citra criſin ſubſidentium. Ita J. STORCHII (y) militi cholerico 26 annorum venereo febris intermittens perperam tractata oedema pedum aliquot annorum cauſavit; cui variis remediis empyricis tandem diſcuſſo haud ita multo poſt ſucceſſit tuſſis cum phthiſica emaciatione,

(y) Obſ. clinic. ann. 4. Febr. Cl. 4. art. 2. No 1. p. 119. ſq.

Digitized by Google

ita ut intra 4 menſes militiam deſerere cogeretur. Hectica febris quotidie recurrebat cum brevi admodum ſpiratione, intercurrebat diarrhœa; tubercula hæmorrhoidalia citra fluxum oborta, viresque ſenſim magis labantes tandem cum vita defecere.

§. 30.

7. FEBRES denique variæ haud raro ipſam in hecticam degenerare conſveverunt, idque multiplicibus de cauſis, dum videlicet vel mutando ſolida ac fluida aliam induunt naturam, vel non ex toto ſolutæ materiam morbi metaſtatice aliquorſum deponendo hecticam inducunt, &c. Tales ſunt

a) *Elodes* ſeu ſudatoriæ. P. FORESTUS (z) narrat agricolam 40 annorum menſe Majo in febrem eloden incidiſſe, ac bimeſtri fere aſſiduo ſudaſſe: unde hecticus factus cum nulla adhibuiſſet remedia, ad extrema redactus accedentibus aphthis denatus eſt.

b) *Acutæ inflammatoriæ*, male præſertim judicatæ. Ita MARKMÜLLERI (a) ve-

(z) l. c. L. 2. Obſ. 42.
(a) Vide §. 48 c).

Digitized by Google

tula ex peripneumonia non judicata, et RIEDLINI (*b*) opifex a pleuritidis reliquiis, in hecticam inciderunt. Apud M. ETTMÜLLERUM (*c*) „ vir consistentis ætatis „ ex febre acuta et gravi cum sine notabili „ materiæ morbosæ evacuatione convaluisset, „ nullas vero diætæ regulas observaret, „ aliquot interjectis mensibus conqueri cœ„ pit de sensu doloris gravantis et non ni„ hil lancinantis in profundo abdominis cir„ ca umbilicalem præter propter regionem; „ quæ tamen negligit. Supervenit sensim „ sitis intensior, calor quidam p. n. isque „ continuus, sed qui incertis vicibus sub„ inde non nihil exasperatur, appetitus de„ jicitur, corpus sensim emaciatur, sitis in„ tenditur, abdomen paulatim intumescere „ videtur, liquida et varia per alvum de„ jicit. Hæc per aliquot septimanas con„ sveta munia obiens cum pertulisset, me„ dicum vocat; qui cum enarratis calorem „ percipit lentum cum pulsu celeri, fre„ quenti, parvo, duro vehementi; tangenti „ abdomen

(*b*) Vide §. 54.

(*c*) Colleg. consult. cas. 33. Opp. T. 2. P. 2. p. 237.

Digitized by Google

„ abdomen circa loca doloroſa ſe offerunt „ veſtigia tumoris mediocris, ægro tactum „ fortiorem ob auctum doloris ſenſum fu- „ giente. Urina intenſius tincta, clara, ful- „ gida. Medicus cum per aliquot dies tra- „ ctaſſet ægrum, exaſperatur dolor, inten- „ ditur æſtus, æger inquietus et anxius e- „ vadit. Supervenit tandem gravis horror „ totius corporis, qui æſtu conſveto per- „ mutatur, quem poſt 3 horas excipit in- „ tenſus rigor totum corpus quatiens per „ integram fere horam; quo evaneſcente „ æſtus intenſus ſupervenit, ſenſim ad ſo- „ litum calorem lentum rediens. Ac- „ cedunt his excreta tetra per alvum, fœ- „ tida, varicolora, et non nihil cruenta. „ Urinæ autem emittuntur turbidæ craſſæ, „ poſt horulæ quietem clareſcentes et co- „ pioſum ſedimentum craſſum album ſepo- „ nentes, quod ad levem vitri agitationem „ diffilit, et hinc inde vago motu urinam „ imprægnat, eamque lacteam reddit. Sapor „ teter percipitur in ore. Aliquot horis ab „ omni paſtu intenditur calor in vola ma- „ nus præſertim perceptibilis„. Dolendum ſane, tam luculenti caſus ulteriorem even- tum ignorari.

Digitized by Google

c) *Remittentes* vel catarrhales vel bilioſæ, in primis ardentes, a quibus ut plurimum hecticas oriri GALENUS (*d*) obſervavit, quales etiam fuerunt in MARXII (*e*) mulieribus, ZACUTI (*f*) Anglo ac juvene, viroque FORESTI (*g*). Iſte etiam meminit (*h*) mulieris proceræ, macræ, nigriusculæ, perquam melancholicæ, collo gracili et anguſto pectore prædítæ, 30 annos natæ, tuſſique valida et ſicca vexatæ, quæ cum in autumnalem febrem incidiſſet, morbumque dies aliquot neglexiſſet, iſte in hecticam degenerabat cum alia febre, quaſi 3° quoque die exacerbationes habente, complicatam. Hic quoque ſtatus neglectus vires ſenſim afflixit ventriculo facto imbecillo, anxioque pectore. Tum vero idoneis remediis uſurpatis convaluit quidem, at poſt 8 menſes recidivam paſſa, ſenſimque tabeſcens exſpiravit. Haud ſecius apud N. RIGLERUM (*i*) ex febre epidemica bilioſa pu-

(*d*) De differ. febr. L. 1. C. 8.
(*e*) Vide §. 53 a).
(*f*) Vide §§. 38 a) et 44.
(*g*) Vide §. 39 g).
(*h*) l. c. L. 4. Obſ. 11.
(*i*) Conſtit. epid. A. 1775. ſqq. §. 67. p. 119.

Digitized by Google

trida „ multi reconvaleſcentes ad priſtinas „ vires redire non valuerunt; nam poſt „ paſtum et veſpertino tempore de calore „ acri mordace volatico potiſſimum in volis „ manuum ſunt conqueſti, ſudor viſcidus vo- „ las manuum et frontem occupavit, genæ „ roſeæ erant, pulſus celer frequens debilis, „ urina erat aurantii coloris cum cuticula „ pingvi, tuſſis ſicca eos excruciabat, to- „ tum corpus adeo emaciabatur, ut dein „ verum ſceleton repræſentarent, ſicque ac- „ cedente diarrhœa aut ſudore colliquativo „ mundo ultimum vale dixerint „. Felicior his fuit J. F. DILLENII (*k*) Comes 20 annorum, equitum magiſter, cholericus ac teneri habitus, qui ex itinere victuque tridui continuam febrem cum anorexia, cephalalgia acri, crebris ructibus ac vomituritionibus paſſus, datis in caſſum emetico primum, tum paregoricis, dein lenibus diaphoreticis, alterantibus, et antipyretis cum cardiacis, ſenſim in deterius ruens tandem et ſiccam nactus eſt tuſſim et diarrhœam pene colliquativam cum oſſea macie ac tanta debilita-

(*k*) Miſc. nat. cur. dec. 3. ann. 7. obſ. 169.

Digitized by Google

te, ut licet febricitans febrem non ſentiret, vix tamen ſe ſe in lecto erigere, ne dum ambulare poſſet. Jamque et facies evaſit HIPPOCRATICA; cum ſubito mutata medendi ratione, datisque aperitivis martialibus, lenibus antiſcorbuticis, cardiacis analepticis, et antihecticis æger poſt 4 hebdomades convaluit. Perinde P. POTERII (*l*) Eques 20 annum agens ubi ex 15 dierum cauſo in tertianam duplicem, atque ex hac in alterum jam hecticæ febris gradum cum oſſea macie devolutus fuiſſet, poſt varia fruſtra uſurpata demum auro eſſentificato ad gr. jv pro doſi cum conſervæ violarum ʒj in uſum ducto, ſub idonea ſimul diæta, convaluit. Quantum autem ad catarrhalium in hecticas degenerationem attinet, binis id exemplis illuſtraſſe ſufficiet. Apud A. E. BÜCHNERUM (*m*) juvenis ſangvineo-cholericus nimiis præmaturi conjugii amplexibus et ingluviei deditus incidit in autumno in febrem continuam quotidianam ſimplicem ſive catarrhalem cum diarrhœa, ſputis, et ſudore; quorum pertæſus

(*l*) l. c. Cent. 1. Cap. 93.

(*m*) Miſc. phyſ. med. A. 1728 Octob. Cl. 2. art. 4. p. 1380.

Digitized by Google

accitum alium medicum ad eorum ſuppreſſionem perſvadet. Quo facto febris evaſit erratica et lenta, qvæ ſecta poſt quintam decubitus hebdomadam brachii vena in hecticam degeneravit. Non multo poſt ſupervenit hœmoptoe in phthiſin letalem abiens. Perinde vidit HENNING (*n*) febrem e catarrhali ac 3na complicatam prava medicatione in lentam deſiiſſe, quæ denuo perperam tractata in hecticam eſt mutata.

d) *Intermittentes* vel diuturnæ vel crebræ vel male tractatæ vel perperam ſuppreſſæ, longe ſæpius quam aliæ quæcunque febres in hecticam tranſire obſervantur. Apud P. FORESTUM (*o*) „ uxor aurigæ „ . . . longo tempore decumbebat ex febre „ quotidiana intermittente, quæ ſub veſpe„ ram invadebat, et tota nocte apprehen„ debat, poſtea etiam die, ut diurna ma„ gis . . . ſpectaretur. Cum medicamenta „ non juvarent, tandem ad hecticam deve„ nit, poſtea ad tabem et pulmonis ulce„ rationem, ut multis annis miſere vitam

(*n*) Ibidem April. Cl. 2. art. 4. p. 976. ſq.
(*o*) l. c. L. 3. Obſ. 21.

Digitized by Google

„ traheret mulier quantumvis vetula, quæ „ adhuc superstes erat, dum hæc scriberem; „ quamvis miraculi instar cadaveris mortui „ ita vivit, ut non vivere præstaret, cui „ e naribus tanta copia sanguinis fluxerit, „ ut . . . eam illico morituram esse dice- „ res, omnibus remediis tentatis nihil ju- „ vantibus „. Aliud id genus exemplum occurrit in M. ALBERTI (*p*) „ juvene pe- „ dissequo, qui non dum a recidivis suis „ sub 4na aliquoties ortis salvus atque liber „ redditus est; siquidem aliquoties ipse pa- „ tiens morti proximior quam vitæ fuit. . . „ Tandem vero hectica febris actu conse- „ cuta fuit, sub qua . . . exspiravit„. Por- ro A. H. FASCHII (*q*) „ virgo 15 annorum, „ habitus corporis gracilioris et rarioris „ texturæ cum verno tempore aere paulo „ inclementiori longum feciſſet iter curru „ citatiori vecta, nec prius talibus moti- „ bus assveta, delectata vini generosioris „ potu, cibisque aromatibus et sale conditis,

(*p*) Diss. de recidiva morborum (4to Halæ 1725. Resp. G. F. ROESER) §. 7. p. 29.

(*q*) Diss. de ægra febre hectica laborante 4to. Jenæ 1768. Resp. E. F. FRANZIO.

Digitized by Google

„ menſes pro ætatis ratione jam videns,
„ corripitur 3na, qua per unum et alterum
„ menſem, redeuntibus ordinarie primum et
„ alternis diebus, hinc ſingulis, paroxyſmis,
„ aſſumit purgans medicamentum, quo plus
„ quam trigeſies ſollicitata fuit alvus, viri-
„ bus concidentibus, ut revertente nihilo
„ minus per unam alteramque ſeptimanam
„ febre colligere has naturæ vires non
„ conceſſum fuerit. Tandem continuum ca-
„ lorem ſentit, corpus areſcit, facies pal-
„ let, præterquam poſt paſtum, ubi levi
„ rubore tinguntur malæ, et volæ manuum
„ intimius tunc quoque calent, pulſus fre-
„ quens ac debilior, ſudores in cute viſun-
„ tur præſertim noctu, urina ſaturatior fla-
„ vet cum copioſo ſedimento, appetitus
„ debilis, ſitis major „ adfuerat, dum
conſilium petebatur. Eodem modo etiam
4na longa hecticam attulit KOEHLE-
RI (r) juveni, et G. HORSTII (s)
in ſtudioſo febris intermittens putrida au-

(r) Vide §. 55 c).
(s) Obſ. med. P. I. L. I. Obſ. 30.

Digitized by Google

tumnalis perperam tractata in hecticam abiit circa ver letalem factam. Ita et G. E. STAHLIUS (*u*) narrat juvenem 25 annorum 3na ardentiore correptum cum protractis adeo paroxysmis, ut nec apyrexiæ adessent, nec excretiones necessariæ, sumpsisse imminente accessione haud exiguam corticis Peruviani dosin, a qua cum invasio fuisset inhibita, post 4 horas dosin remedii repetiisse, eandemque lapsis aliis 4 horis cepisse. Paulo tamen post primam ac magis etiam post reliquas doses pressio sub scrobiculo dextrorsum vergens oborta est, cum difficultate inspirandi ac totius corporis lassitudine; ac tametsi vehemens æstus desierit, calor tamen p. n. restitit cum siti, et nocte insequente somnus fuit brevis atque inquietus. Appetentia magna quidem aderat, at vel pauco cibo capto delenda. Incommoda hæc in dies pergebant cum debilitate, emaciatione, tussique sicca semper invalescente, siccitate oris, accedente demum anorexia præsertim calidorum ciborum, somno inquieto, et calore a pastu ingravescente

(*u*) Colleg. casual. magn. Cas. 29. p. 341.

Digitized by Google

cum alvo vel adſtricta vel ſcybala dura reddente. Perinde J. H. SCHULZE (x) „novit virum juvenem, florentiſſimum, ſanguineum, athleticum; quem cum febris „ 3na corripuiſſet, quo tempore multorum „ . . . hoſpitum adventum exſpectabat, non „ deſiſtebat medicum ſuum rogare, ut ſuo „ periculo auderet, quidquid ad febrem profligandam valere poſſet. Paruit invitus. „ Febris ceſſabat. Laute excipiebat hoſpites, atque cum illis complures dies venabatur, epulabatur, compotabat. Dimiſſis „ illis lente ægrotabat; mox tumere circa „ hypochondria, et inflatum ſe ſentiebat. „ Progrediebatur febris in manifeſte hecticam, et ante annum vertentem hydropicus ac hemiplecticus moriebatur„. Huc etiam referendi ſunt AMATI Romanus juvenis (y) FORESTI (z) frater, Guardianus LOTICHII (a), POTERII mona-

(x) Diſſert. cit. §. 15. p. 18.
(y) Vide hiſtor. 1.
(z) Vide hiſtor. 2.
(a) Vide §. 55.

Digitized by Google

chus (*c*), vinicola QUEITSCHII (*d*), studiosus VALENTINI (*e*), juvenis DELII (*f*), nec non viri KNIGGII (*g*), et NUNNII (*h*), ac denique feminae CAMERARII (*i*), HILDEBRANDI (*k*), HOFFMANNI (*l*), et STORCHII (*m*).

§. 31.

8. CONTAGIUM ne etiam hic quidquam valet? Febrim hecticam primariam nullatenus contagiosam esse multis e Veterum theoria petitis momentis ostendunt cum L. MERCATUS (*n*) tum G. REIES (*o*): neque id etiam cuiquam medicorum dicere hactenus in mentem venit, qui quantum inter hecticam primariam ac symptomaticam interfit, pro eo ac par est, perspexere, suffra-

(*c*) Vide §. 68 No 3.
(*d*) Vide §. 38 c).
(*e*) Ibidem.
(*f*) Vide §. 48 b).
(*g*) Vide §. 52 b).
(*h*) Vide §. 55 c).
(*i*) Vide §. 48 b).
(*k*) Vide §. 38 d).
(*l*) Vide §. 41 No 3.
(*m*) Vide §. 36 e) et 38 d).
(*n*) Libro Quæstionum quæst. 176 No 21.
(*o*) Camp. elys. quæst. 69 p. m. 932. sqq.

Digitized by Google

gante ſimul omnis ævi experientia. Dum itaque non nulli hecticam contagioſam eſſe contendunt, de ſymptomatica phthiſin comitante ſunt intelligendi; quod e GALENO (*p*) manifeſte colligitur dicente: „ eorum, qui „ tabe correpti ſunt, conſvetudo nequa- „ quam ſecura, neque omnino eorum, qui „ putridum exſpirant, adeo ut domus, quas „ habitant, fœtidum exhalent odorem „. Neque ſecius quam de purulenta hectica cum phthiſi accipienda ſunt verba J. H. SCHULZII (*q*): „ huc multum (ait ille) facit... „ contagium, quod ſuſcipiunt, qui cum he- „ cticis continuo verſantur, prorſus ut in- „ tegræ et numeroſæ familiæ viſæ ſint, quas „ intra breve tempus conſumpſit hectica et „ tabifica infectio, quam unus domui intu- „ lerat „. Namque non multo poſt (*r*) ſubdit „ non quidem de omni et quacunque ſpe- „ cie id obſervatum eſt, ſed ſpeciatim de „ illa, quæ cum pulmonum vitio conjuncta „ eſt „. Ut proinde ſatis hinc pateat, de contagio hic non tam hectico quam phthiſico potius verba fieri.

(*p*) De differ. febr. L. I. C. 2.
(*q*) Diſſ. cit. §. 13.
(*r*) Ibidem §. 28.

Digitized by Google

CAPUT VI.

DIAGNOSIS.

§. 32.

DIAGNOSIS *hecticæ* ad duo potiſſimum pertinet, nimirum ut præſens hæc febris primum detegatur, tum detecta ab aliis quoque febribus rite diſcernatur: prior diagnoſis *abſoluta*, poſterior *relativa* dicitur.

§. 33.

I. *Abſoluta* porro diagnoſis etſi e præ-greſſis cauſis ac ſymptomatibus pendeat; facillime tamen unico ſigno pathognomico abſolvitur, ſcilicet calore febrili poſt paſtum conſtanter increſcente (*s*) cum pulſu ſimul accelerato, quod ſymptoma nullo in hecticæ gradu deſideratur. Huc etiam ipſorum trium hecticæ graduum diſcrimen pertinet, quod ex ſuperius (*t*) dictis perinde non

(*s*) Vide §. 5 c).
(*t*) Vide §. 3. II. n. 1. 2. 3.

Digitized by Google

obſcurum eſt. Quæ autem ad cauſam ſedemque ejus attinent, ea ſuis propriis pro re nata ſignis expiſcanda ſunt.

§. 34.

II. *Relativa* autem diagnoſis tum vel maxime locum habet, ubi febris hectica vel alteri complicata eſt, vel per principia ſub habitu febris alius, ut ſuperius (*u*) vidimus, ſe ſe inſinuat, vel a lentis aliis ſimplicibus febribus eſt diſtingvenda.

1. *Intermittentes* vel *catarrhales* aliæve febres, quarum larvas hectica initio ſæpenumero aſſumere conſvevit, etſi ab iſta multis diſſideant, cum tamen hæ ipſæ in illam degenerare ſoleant, ut periodus illa temporis, quo febres dictæ in hecticam manifeſtam abeunt, aut ſaltem degenerare incipiunt, mature deprehendatur, operæ pretium eſt animadvertiſſe: quod HEBERDEN (*x*) ſequentibus indiciis obſervatum iri contendit. *Stadia* nempe verarum intermittentium ſunt manifeſtiora; in hecticis vero horrorem non ſemper ſequitur æſtus,

(*u*) Vide §. 5 a).
(*x*) l. c. p. 1. ſqq.

Digitized by Google

ſed quandoque tantum ſudor, imo alias ne iſte quidem, horrorque medio in æſtu, quin ſæpe alias per diem etiam redit. *Paroxyſmi* vero intermittentium ſunt longiores, eorumque intervalla adeo regularia, ut licet hectica per 3 acceſſiones intermittentem æmulari poſſit, nunquam tamen per 4 invaſiones quoad tempus, ſtadia, durationem, &c. illi ſit ſimilis. *Apyrexiæ* perinde, queis hectica febris caret, intermittentium ſunt ſinceriores. *Sudor* quoque et *urinæ* in utrisque differunt: nam iſtæ in intermittentibus naturam ſtadiorum ſequuntur, in hectica vero ſibi ſunt ſimiles; ille vero cum levans ſit in intermittentibus, in hecticis nunquam non debilitans eſt, &c. Atque ex his facile apparebit, hecticæne an intermittentis ſit indolis febris, habita ſimul ad calorem a paſtu ingraveſcentem cum citatiori facto pulſu animadverſione, quæ ipſa etiam hecticam a catarrhali et quavis alia febre diſcernet.

2. *Lentæ* vero ſimplices febriculæ tametſi magis etiam quam intermittentes ad hecticarum accedant habitum, ac proinde ſæpe difficilius ab ſe mutuo diſcernantur; ſiquidem ambarum calor gliſcat, ac ſub

Digitized by Google

noctem intendatur, ægrique inappetentes, sitibundi, debiles, tussiculosi, emacientur: tamen hoc uno phænomeno ab se certo differunt, quod in hecticis calor cum pulsu a pastu increscat, non item in lentis, quæ hecticæ non sunt; namque ubi lentæ calorem a pastu semper intensiorem citatioremque pulsum exhibere occipiunt, jam tum eas in hecticam veram degenerasse indicium est. G. E. STAHLIUS (y) ac F. HOFFMANNUS (z) operose omnia hecticarum lentarumque febrium discrimina collegerunt; sed talia sunt, quæ in condenda diagnosi relativa vix ullius sint usus: quandoquidem non tam e diversitate quam varia potius intensitate symptomatum et causarum, disparique utriusque hujus febris eventu petita sunt.

3. *Complicatæ* demum hecticæ cum aliis seu continuis seu intermittentibus febribus magnopere interdum diagnosin morari possunt, dum a manifestiori febre præsens simul hectica ita obscuratur, ut continuus hujus

(y) Diss. de febre hectica internor. abscessuum comite § 8. 12. 13.

(z) l. c. thes. pathol. §. 2.

calor pro illius remiſſione, et apyrexiæ abſentia, perperam habeatur. Dari autem id genus hecticæ cum aliis febribus complicationes multi clari medici ſuis obſervationibus teſtantur. GALENUS (*a*) „ tabidi (ait) „ hectica febre laborant nunquam ceſſante ... „ In quibusdam vero vidi ei immiſtam ali- „ quam ex circularibus aut 3° quoque die „ invadentibus aut quotidie, et ut HIPPO- „ CRATES ait, etiam infeſtantur quinta- „ na „. P. FORESTO (*b*) curanda obtigit matrona phthiſica, cujus hecticæ febri ſub finem 4ⁿᵃ continua ſe ſe aſſociavit; et in altera muliere vidit hecticam cum 3ⁿᵃ mox initio complicatam (*c*). Ad intermittentium cum hectica complicationes rite cognoſcendas duo ſunt neceſſaria, ſcilicet ut ambarum præſentia ſuis indiciis detegatur, neve præſente hujusmodi mixtione morbus aut pro ſola intermittente protracta aut pro ſola hectica

(*a*) In HIPPOCR. epidem. L. 1. Comment. 3 No 9. et meth. med. L. 10. C. 5. Item de differ. febr. L. 1. C. 10.

(*b*) l. c. L. 4. Obſ. 12.

(*c*) Vide §. 30 c).

Digitized by Google

hectica intermittentem præ ſe ferente habeatur. Poſterius innoteſcet, ſi ad oblatum variis horis cibum calor increverit cum acceleratione pulſus (*d*); prius vero e diſcrimine hecticas inter ac periodicas paulo ante dato facile eruetur. Namque ſi præter pathognomicum hecticæ ſignum morbus manifeſtas ſimul habuerit acceſſiones frigoris, caloris, ſudoris, qvæ notabili et æquabili ſemper tempore durent, ſudoresque fuerint copioſi, roridi, univerſales, et aliquatenus levantes, ſi præſertim id temporis intermittentes epidemicæ graſſentur, &c. non erit ambiguum, intermittentem hecticæ eſſe complicatam. Intricatiſſima vero eſt diagnoſis in hectica cum acuta continente compoſita, nec niſi ſumma ſagacitate detegenda. Unicum hujus rei exemplum reperi apud V. RIEDLINUM (*e*), duo nempe puelli ex quo variolis morbillisque laborarunt, continua fere tuſſi vexabantur, et extenuabantur: unde altero e vivis erepto alter undennis, quod mitius ægrotaret, ſupervixit quidem, at tuſſis fiebat in dies vehementior,

(*d*) Vide §. 5. c).
(*e*) Lin. med. ann. 6. Aug. 18. p. 924.

Digitized by Google

corpusque continuo emaciabatur magis. Tandem ſupervenit inſignis febris acuta. Cum tamen ſputa non eſſent phthiſica, ſpe vitæ non abjecta, datum potui decoctum et 6ta quaque hora pulvis ex anat. ſpecif. antihect. et lapide bezoard. orient. Nutriebatur æger juſculis qua herbaceis qua gelatina C. C. imbutis. Ab his febris intra triduum conquievit, ſuperſtitibus tamen hecticis quibusdam phænomenis. Idcirco juſcula continuata, datumque porro electuarium e cortice Peruviano et ſpecifico antihectico præſertim conſtans frequentiorem in uſum. Atque his remediis puer ex toto convaluit.

Digitized by Google

CAPUT VII.

PROGNOSIS.

§. 35.

1. DIUTURNA admodum eſt ſæpenumero febris hectica, ut quam octimeſtrem LORENTI (*f*) centurio, 9 menſium FRITZII (*g*) ruſticus juvenis, 10 menſium ARNOLDI (*h*) homo, ſuſtinuerint, 26 menſes duravit civi HOECHSTETTERI (*i*), biennium vetulæ plebeiæ GOETZII (*k*), quadriennium puellæ HILDANI (*l*). Quid quod vicennales hecticas G. E. STAHLIUS (*m*) profiteatur ab ſe viſas, ægris nihilo minus etiam tum ſatis commode habentibus?

(*f*) Vide §. 29 d).
(*g*) Vide §. 42.
(*h*) Vide §. 38 d).
(*i*) Ibidem.
(*k*) Ibidem.
(*l*) Vide §. 22 c).
(*m*) Colleg. caſual. magn. p. 343.

Digitized by Google

§. 36.

2. EFFECTUS *hecticæ* ſunt multifarii, at præcipui tamen fere ſequentes:

a) *Tumores*, iique duplicis indolis, nempe aut pedum oedemata, ut in BÜCHNERI (*n*) nobili, DELII (*o*) juvene, HARTMANNI (*p*) puero (cui præputium quoque tumuit), binis HOFFMANNI (*q*) feminis, alia MARXII (*r*), alia RIEDLINI (*s*), et ſartore SCHENFELDERI (*t*), aut fugitivi et vagi, neſcio cujus proſapiæ, quales HEBERDEN (*u*) „ hac ſub febre, a „ communi procul dubio cauſa, ad ſtupo„ rem vidit tumores artuum, colli, vel „ trunci corporis obortos, ac momento „ fere, atque eum ad modum, ut pars tu„ mens velut obeſior evaderet. Carent id

---

(*n*) Vide §. 22 c).
(*o*) Vide §. 48 b).
(*p*) Vide §. 22 c).
(*q*) Vide §§. 76 & 41 n. 3.
(*r*) Vide §. 53 a).
(*s*) Ibidem b).
(*t*) Vide hiſtor. 7.
(*u*) l. c. p. 4.

Digitized by Google

„ genus tumores dolore, duritie, et colo-
„ re ravo, multasque in horas durant „.
Oppido rarum tale exemplum refert v.
RIEDLINUS (x): „ aurigæ filia
„ annorum 12 præter propter, fere ab
„ incunabulis valetudinaria, per annum
„ jam dimidium ex toto decumbere coa-
„ cta, caloribus ex intervallo repetentibus die-
„ bus singulis corripitur, juxtaque dolores
„ vagos in articulis patitur cum siti et a-
„ norexia. Impatiens remediorum ægra fe-
„ re nihil præter serum lactis caprini, bis
„ vel semel tantum syrupum alterantem et
„ lac amygdalinum, assumpsit. Quocirca
„ etiam auxilium meum raro fuit implora-
„ tum crescentibus subinde symptomatis,
„ quibus durities alvi quoque accessit, ut
„ sæpius intra octiduum beneficio illius
„ caruerit, præbentibusque parentibus,
„ cujus tandem ipsa fuerit appetens, ex-
„ tenuatur, hecticumque plane contrahit
„ habitum cum tumoribus vagis modo ad
„ articulos manus, modo etiam pedis alter-
„ utrius; donec tandem malo victa vitam

(x) Obs. med. Cent. 2. obs. 29.

Digitized by Google

„ cum morte finiret „. Longe autem alius ab hiſce indolis fuiſſe videtur dolorificus ille cartilaginis ſcutiformis tumor, quem triduo ante mortem obortum in puerpera quadam J. STORCH (*y*) obſervavit.

b) *Hydropes.* Cum enim pedum oedemata, ut paulo ante vidimus, hecticæ ſupervenire ſoleant, quæ toties aſcitis ſunt prodromi; aucta eorumdem cauſa non difficulter etiam aſcites conſequetur, ut in SCHULZII (*z*) juvene eſt obſervatum.

c) *Lacrimandi impotentia*, quam præter J. G. VOLKAMERUM (*a*) nemo alius inter hecticæ ſymptomata recenſuit, et a lymphæ defectu repetiit. „ Hujus (inquit „ ille) in febre hectica defunctis lymphæ „ abſentiam ſæpiſſime deprehendi, cum pe„ nitus abſumpti, antequam emigrarent, ſi „ quandoque plorare vellent, nullas am„ plius lacrimas . . . effundere potuerint, „ ſed ſiccis ſaltem genis et diductis labiis „ miſerabilem efformarint faciem HIPPO„ CRATICAM „.

(*y*) Obſ. clinic. ann. 4. Mart. claſſ. 2. art. 2. b) p. 138

(*z*) Vide §. 30 d).

(*a*) Miſc. nat. cur. dec. 1. ann. 6. ſchol. ad obſ 71. p. 200.

Digitized by Google

d) *Crepitus articulorum, anchyloſes*, a defectu nempe humorum articulationes humectantium ac lubricantium: unde ob ſiccitatem eorumdem et crepitus et anchyloſes enaſcuntur. In viro P. FORESTI (*b*) ad 35 annos nato ex hectica jam tabida cum oſſea macie uſque adeo debili, ut vix incedere poſſet, quidam quaſi crepitus oſſium obſervabatur. Apud H. SMETIUM (*c*) autem „ quidam ex bajulis ceſpitum bitumi„ noſorum . . . ex febre maraſmode uſque „ adeo exſucco marcidoque erat corpuſcu„ lo, ut articulorum nullus inflecti poſſet, „ cutisque corio arefacto ſimilis ita oſſi„ bus adhæreret, ut digitis alienis pre„ hendi aut corrugari vix quiret „.

e) *Phthiſis* denique peſſima omnium ſoboles. Raro enim hectica diutius pulmonibus parcit, ut ficca vel mucoſa tuſſis (*d*), vitiataque ſpiratio (*e*) in bene multis teſtatur: unde invaleſcentibus his vitiis ſuis cum cauſis eroſio demum et ulcus

(*b*) l. c. L. 4. obſ. 8.
(*c*) Miſcell. med. L. 10. p. 523. ſq.
(*d*) Vide §. 6 c) & §. 10.
(*e*) Vide §. 9.

Digitized by Google

pulmonum, fons phthiſeos, conſequitur; atque tunc phthiſis eſt hecticæ ſymptoma et effectus, contra quam alias uſu venit. Luculentum hanc in rem exemplum V. RIEDLINUS (*f*) adducit: „filiolus meus „ . . . cum 10 ætatis annum vivendo attigiſ„ ſet, anteaque poſt hæmorrhagiam narium „ inſignem . . . ſic ſat bene ſe habuiſſet, „ ſubito de dolore hypochondrii præſertim „ ſiniſtri queri cœpit, ſimulque laſſitudinem „ minus conſvetam non tam ipſemet notavit, „ quam alii in eodem obſervarunt: unde „ ego quidem, quia cibi appetentiſſimum no„ veram, ne forsan ventriculum eodem re„ plerit, metuens ante omnia purgans eidem „ præſcripſi; quod licet non parum materiæ „ peccantis evacuarit, parum tamen profuit, „ malo nempe antiquum obtinente. Unde „ jam in obſtructione vaſorum meſenterii „ cauſam mali quærens martiatis pugnare „ contra illud cœpi. Ut ut vero his et „ vomitorium interpoſuerim, et illa ſic ſat „ ſedulo per aliquot hebdomadas continua„ rim, ſemper tamen malum augmentum po-

(*f*) Curat. medic. millenar. ſn. 344.

Digitized by Google

„ tius ſumpſit, quam vel minimum mitiga-
„ tum fuit; quia tamen appetitu ſemper
„ pollebat, ſcholam adhuc frequentare po-
„ tuit, et dolorem ſubinde locum mutare
„ indicavit puer, jam de vermibus cogitare
„ cœpi. Ut ut vero per pluſculas hebdo-
„ madas tum ea, quæ propria experientia
„ iisdem haud fruſtra opponi me hactenus
„ docuit, tum ab aliis experientiſſimis viris
„ ſuggeſta ſedulo in uſum duxerim, interque
„ hæc tum allium ſæpius comederit, tum
„ æthiopem mineralem pluries ſumpſerit,
„ tum clyſteribus e lacte et ſaccharo paratis
„ trigeſies et quod excurrit ad exitum quaſi
„ vermes allecti fuerint; nil quidquam ta-
„ men et hiſce profectum fuit, nec vel
„ minimum horum animalculorum indicium,
„ diligenter licet inſpectis excrementis, in
„ iisdem comparuit. Unde jam vermes ſub-
„ eſſe ulterius quidem non credidi; at quia
„ interdum duritiem quamdam in abdomine
„ notavi, et hactenus abſque febre hectica
„ puerum in dies magis conſumptum vidi,
„ quin tamen peregrini quid in inteſtinis la-
„ titet, quod chyli in venas lacteas diſtri-
„ butionem impediat, nullus dubitavi: et
„ hinc ad martiata redii; tandemque etiam

Digitized by Google

„ in acidulis opem qvæſivi: quæ ut ut per
„ aliquot dies tantum profuerint, ut jam
„ ſpem novam convaleſcentiæ conceperim,
„ continuatas tamen tandem vomitu rejecit,
„ et tam male ſe habuit, ut ſeponere coa-
„ ctus fuerim. Succeſſit vero jam febris,
„ quotidie eadem fere hora prævio frigore
„ p. n. tam exacte rediens, ut quotidiana
„ nominari omnino meruerit. Sicuti vero
„ in principio ſtatim etiam notatam febrim
„ erraticam eſſentia corticis Peruviani . . .
„ feliciter depuleram, ita hunc ipſum corti-
„ cem nunc iterum variis modis adhibui, et
„ in primis cum balſamo Peruv. in pilulas
„ redactum aliquoties filiolo exhibui. Varia
„ alia quoque febrifuga ſedulo ſumpſit. Qui-
„ bus omnibus febris inhibita quidem aliquo-
„ ties fuit; nunquam tamen depelli plane
„ potuit. Unde in dies magis conſumeba-
„ tur. Cumque præſertim tandem et diar-
„ rhœa accederet, in lectum proſternebatur,
„ et quibusvis fere remediis in principio
„ quidem levamen quoddam afferentibus,
„ at poſtea fruſtra omnino continuatis, totus
„ conſumptus placida morte abſumptus fuit.
„ . . . Cadaver . . . aperiri curavi: ubi ſi-
„ cut vix granum pingvedinis ſuperfuit, ita

Digitized by Google

„ cum inteſtina vix oculis patuiſſent, quæ
„ alias non niſi diligenti ſcrutatione inve-
„ niuntur glandulæ, hinc inde oculis patue-
„ runt. Uti vero in primis in inteſtinum
„ duodenum inquiſivi, in quo nempe mali
„ cauſam inventum iri ſemper mecum ſtatue-
„ ram, ita juxta ventriculum quidem longi-
„ tudinem duorum triumve transverſorum
„ pollicum illius ſic ſat bene conſtitutam in-
„ veni; at jam ſuccedebat maſſa informis
„ carnoſa pugni fere magnitudinem æquans,
„ et inteſtinum oculis plane ſubtrahens, quæ
„ aperta parvam cavitatem monſtrabat, per
„ quam ſuccus chyloſus ad reliqua inteſtina,
„ exceptis glandulis, ſic ſat bene ſe haben-
„ tia deferri hactenus potuerat . . . Hepa-
„ te, liene, ceterisque infimi ventris viſce-
„ ribus nulla labe conſpicuis, veſica in ſpe-
„ cie et renibus, in quas partes, quia ali-
„ quoties multum admodum urinæ reddidit,
„ diligenter inquiſivi, optime conſtitutis . . .
„ Licet autem pulmones quoque hinc inde
„ exulcerati inventi fuerint, unde et tuſſis
„ ultimo menſe moleſta originem duxit; hoc
„ tamen malum primarium non exſtitiſſe,
„ ſed paulatim ab humoribus ſemper magis
„ corruptis contractum fuiſſe, cum in prin-

Digitized by Google

„ cipio tussi plane non laboraverit, nec un-
„ quam difficilius respiraverit, ego totus
„ sum perspasus „. Similem quoque hecti-
cæ eventum narrat J. STORCH (g): mu-
lier tenera 22 annorum curru per invia
loca vecta multo frigore insvetisque labo-
ribus toleratis e febre decumbere cœpit,
quæ ab imperito medico tractata sensim in
veram declinavit hecticam cum tussi et ema-
ciatione. Medicus etiam tum validum ca-
tharticum præbens residuas adhuc vires pror-
sus pessumdedit: unde aliquanto post super-
veniens phthisis mortem attulit.

§. 37.

3. CURABILITAS *hecticæ* a vario il-
lius pendet gradu variaque causa. Ista enim
si pertinax fuerit, nullatenusque expugna-
bilis, quocunque in gradu sit hectica, im-
medicabilem fore abunde liquet: intercipi
quidem aliquatenus se se sinet; at non
multo inde post caput denuo efferet, usque
dum omnino obfirmata reddatur. Quantum

(g) l. c. Febr. el. 1. n. 18 p. 88. sq.

Digitized by Google

vero ad varium hecticæ gradum, in primo facilius, nunquam fere in tertio eſt curabilis, in altero autem prout iſte vel primo vel tertio propior ſimiliorque fuerit, ita etiam ægritudo vel admittit curationem vel plerumque reſpuit. „ Eſt quidem, in„ quit GALENUS (*b*), omnium hectica„ rum febrium diſpoſitio difficilis, ubi jam „ principii tempus præterierit. Determino „ autem principium non dierum aut hora„ rum numero . . . ſed ipſa diſpoſitionis „ qualitate. Cum enim naturalis cordis „ temperies primum everti inceperit, nati„ va humiditas neque protinus abolita eſt, „ neque virtus plurimum laborat; ſed pri„ mo fit velut quædam efferveſcentia hu„ miditatis: quo in tempore facillimum eſt „ hujuscemodi febrem ſanare, tamquam nihil „ adhuc virtute perpeſſa. Deinceps autem „ conſumptio quædam efferveſcentiam ſequi„ tur; hacque in longum jam protracta ipſæ „ ſimilares particulæ, quæ ſunt veluti cordis „ elementa, ſicciores redduntur, atque in„ opia alimenti tenuiores, ac tantum vir„ tus laborat, quantum ſiccitas atque cali-

(*b*) De differ. febr. L. 1, C. 9.

Digitized by Google

„ ditas in ipſo corde invaluerit, quando „ earum altera exaſperans virtutem imbe- „ cilliorem reddere potuit. Hujusmodi fe- „ bris jam quodammodo ad utramque par- „ tem declinat, ac medium obtinet locum „ inter eam tabidam febrem, quæ penitus „ curam non admittit, atque illam, de „ qua paulo ante diximus, quæ facillime in „ principio curari poteſt. Eſt vero et in „ hac latitudo multa, quemadmodum et „ diſpoſitionis ipſius multæ in eo, quod „ magis ac minus, diverſitates. Quæ igi- „ tur æqualiter diſtat ab utraque febre, et „ ea ſcilicet, quæ exquiſite tabida exſiſtit, „ et illa, in qua nihil eſt adhuc tale; „ medio quodam modo ſe habet ad curatio- „ nem, dubio ad partes ambas inclinans „ momento; quæ autem tabidæ proximior „ exſiſtit, eſt etiam periculo vicinior, „ cum quæ alteri primæ magis adhæret, „ non parvam ſalutis ſpem habeat „.

§ 38.

4. SOLVUNT *hecticam* interdum

a) *Calor* vel *frigus* atmoſphæræ ſu- perveniens; iſtud ſi febris ab æſtu majore

Digitized by Google

vel accenſa eſt vel fovetur; ille ſi a perſpirabili ſuppreſſo aut muco in pulmones congeſto aliave id genus occaſione febris ortum duxit. Apud ZACUTUM (*i*) „ juvenis erat in 350 ætatis ſuæ anno conſtitutus, qui cum eſſet defluxionibus a capite in thoracem valde obnoxius, in tabem ex hac cauſa ſubortam urgente hyeme incidebat cum virium jactura ſumma; nam ſæviente bruma nec movere poterat artus præ debilitate, capitis gravedine tentatus, difficulter reſpirabat, inappetens erat, faciem virore quodam obſitam habebat, tuſſi continua premebatur, demum vigil, triſtis, extenuatus et tabidus, accedente febricula in horas moriturus ſperabatur. Multa remedia tentata, quæ ad tabem Auctores late proponunt: omnia nulla; ſed cum adhærerent pellibus offa, deſertus a medicis appropinquante vere appetitum recuperabat, tuſſis eſt facta minor, omnia mitiora, ita ut medio vere reſpiret facillime, velociter currat, auferatur febris, accedat placidus ſomnus, firmus evadat et obeſus,

(*i*) l. c. L. 3. obſ. 111.

Digitized by Google

„ omnia cum vividitate multa exſequatur: „ denique qui facie HIPPOCRATICA „ hyeme juxta lares ſemimortuus veluti „ affixus habitabat, vere et æſtate carno- „ ſum, hilarem et ovantem cerneres . . . „ Durat hoc gyrum abhinc 10 annis, in „ quibus hyeme videtur morti propinquus, „ et vere revireſcens fit alacris, fortis, „ rubicundus, et veneris irritamentis per- „ citus prolem generat, et reviviſcit „. Verum quoniam hujus Auctoris obſervationes non paucas aliquibus (neſcio cur) minus fideles videri novi, ne et iſthæc illarum forte numero habeatur, juvabit illi ſimilem a T. BARTHOLINO (*k*) viro veri longe amantiſſimo literis proditam ſubjungere: „ 74 ætatis annum (refert ille) age- „ bat Conſul Hafnienſis emeritus, ſocer me- „ us, . . . cum maraſmo ſenili quaſi op- „ preſſus extrema vere præterito videretur „ exſpectare. Proſtratus appetitus, alvus „ obſtructa, tuſſis moleſta, orthopnœa, pul- „ ſus non nunquam intermittens, habitus „ corporis

(*k*) Act. med. Hafn. Vol. 1, obſ. 37.

Digitized by Google

„ corporis ſiccus et contabeſcens, lentusque „ calor ſiniſtrum morbi ſenilis eventum por- „ tendebant. Cuncta pro ætatis ſtatusque „ præſentis ratione difficilia; in primis ter- „ rebant nos lenes tremores, ſingultus fre- „ quens, et deglutiendi difficultas, remora „ quædam in dextro latere circa hepatis re- „ gionem obſtante. Conclamatus omnibus vi- „ debatur, non mihi, cui viri robur notum, „ quique pulſum intermittentem alias in illo „ obſervaveram . . . Hinc clyſteribus alvus „ ſoluta, cordialibus natura ſublevata, emul- „ ſionibus deglutitionis viæ deterſæ, et hu- „ mectatum corpus, juſculis conſummatis vi- „ res conſervatæ. Tandem inter lentam „ ſpem et remediorum tædia ſolſtitio æſtivo „ natura eluctata emerſit, alvus ſua ſponte „ ſoluta, ciborum appetitus reverſus, calor „ lentus exſtinctus, deglutitio integra: „ omnia ſana . . . Denique cuticulam exuit, „ quaſi reſumpta juventute „. Præce- denti autem ZACUTI obſervationi prorſus contrariam perhibet R. MORTONUS (*k*): „ vir fere ſexagenarius a mul-

(*k*) l. c. L. I. C. II. hiſtor. 3.

Digitized by Google

„ tis retro annis ſcorbuticus et aliquantiſper
„ aſthmaticus per 3 aut 4 æſtates continuo
„ calore imo et ardore lumborum atque ar-
„ tuum vexatus eſt. Quo factum eſt, ut a
„ profuſis et colliquativis ſudoribus, præci-
„ pue vero decubitus tempore, plane con-
„ fectus fuerit, et in ſtatum marasmi fere
„ redactus. Tempore vero hyemali bene ſe
„ habebat, a calore æque ac ſudoribus pro-
„ pe liberatus, licet faciem HIPPOCRATI-
„ CAM nunquam deponeret. Hac vero æſta-
„ te 1688 lumborum ardor et ſudores pro-
„ fuſi adeo prævaluerunt, ut ſe ſe in lecto
„ ad dormiendum continere non potuerit.
„ Quo tandem factum eſt, ut appetitu jam
„ langveſcente in hydropicum et œdemato-
„ ſum tumorem crurum inciderit. Poſt mul-
„ ta ab aliis medicis in caſſum tentata tan-
„ dem ego advocatus ex uſu corticis Peru-
„ viani flammam in ſanguine et ſpiritibus
„ exſtinguens ſudores etiam intra cancellos
„ moderatos redegi: quo ægro ſe ſe in le-
„ cto debite continente tumor etiam crurum
„ plane evaneſcebat, etiamſi macilentus et
„ marcidus adhuc appareat „.

Digitized by Google

b) *Appetitus automaticus.* Narrat LINDANUS (*l*) virgini Amſtelodamenſi 20 annos natæ, ex ulcere pulmonum febrim hecticam aliquot annos paſſæ, ubi jam depoſita fuiſſet, deſiderium oſtreorum ſubnatum eſſe. Data ſunt duodena, hiſque avidiſſime comeſtis alia 12 conceſſa: cumque poſtridie melius inde habuiſſet, plura offerebantur, ut brevi tempore magnam eorum vim abſumpſerit. Sicque non multo inde poſt ab hectica penitus convaleſcens ac nuptui demum data 8 liberos enixa eſt. Perinde apud D. PANAROLUM (*m*) „ quidam Brixien„ ſis . . . cum leto vicinus eſſet, et ob „ continuam febricitationem in atrophiam „ incidiſſet, citria mala ſummopere appetens „ unum integrum et magnum 4 ℔ pondere „ comedit . . . Citro devorato melius ſe „ habere incepit, et convaluit „. Haud ſecius J. LANZONUS (*n*) „ febri (inquit) „ laboraverat lenta quædam virgo per 40 „ fere dies, omnibusque tentatis remediis. „ Omnia fruſtra fuere. Cumque acceſſiſſem

(*l*) Super HARTMANNUM.
(*m*) Obſ. med. Pentec. 2. Obſ. 36. p. 101.
(*n*) Animadv. med. 35. Opp. T. 3. p. 514.

Digitized by Google

„ una die ad eam viſendam, reperi eam ſat „ enixe me rogantem, ut concedere illi com- „ edendas vellem 2 vel 3 tantummodo nu- „ ces, quas quidem maxime optabat. Ego „ conſcius, quanti momenti ſit aliquando ap- „ petitus naturæ ad id, quod ſibi bonum „ eſt, . . . juſſi illam comedere 3 tantum „ nuces; quibus ſumptis et voluntate ſatiata „ melius habere incepit, et ſanata omnimo- „ de fuit „.

c) *Febris* alius indolis ex hectica orta, videlicet vel acuta continua vel intermittens. Ita meminit M. B. VALENTINUS (*o*) ſtudioſi juris, qui e 3na intempeſtive ſuppreſſa incidit in hecticam cum anorexia, diarrhœa ex intervallis, calore poſt paſtum, ſudoribus nocturnis, et inſigni macie, ad varia quæque remedia contumacem. In patriam demum reduci exhibuit Auctor, præmiſſo obſequio, ſalem ammoniacum aliis præcipitantibus junctum; quo cum aliquot dies fuiſſet uſus, repente corripitur cauſo cum vigiliis ac delirio: quo ſuperato omnia ſimul hecticæ ſymptomata ita ſenſim evanuere, ut

(*o*) Miſc. nat. cur. dec. 2. ann. 2. obſ. 166.

Digitized by Google

juvenis deinceps athletice vixerit. A. P. QUEITSCHIUS (*p*) narrat virum ad 29 annos natum, cholerico - melancholicum post quotidianam vernam intra bimestre quinquies cortice Peruviano depulsam incidisse continuo in hecticam cum calore quotidie a prandio genas volasque urente, tussique tanta ac tamdiu insistente, quoad oborta auctaque nausea circiter bihorii spatio omnia in prandio assumpta evomuit. His ita quotidie a prandio, cœna, aut quocunque tempore alimenta sumpsisset, in bimestre evenientibus factum est, ut æger ad extremam redigeretur maciem cum tanta virium jactura, ut vix incedere quiverit. Consultus Auctor vetita cerevisia imperat potum Theæ quovis mane ad ℔ ij sorbendum, a meridie vero decoctum hordei frigidum concedit, eupeptam commendat diætam, et per 4 dies mane ℈em e theato potu præbet:

℞. Lap. 69 ppt. ʒjß
Terræ sigill. Strig.
Cryst. mont. ppt. aa ʒj
C. C. usti ʒß
℥ iij diaph. gr. viij. M. F. ℈ divid.

(*p*) Select. med. Francof. T. 1. Vol. 3. No. 5. p. 234.

Digitized by Google

in 4 doſes æquales. Ab his octiduo uſurpatis febris quotidianæ duo tantum paroxyſmi reverſi hecticam ſuſtulerunt, tuſſi ſolummodo ſuperſtite, at ſine ullo jam vomitu: unde æger ab alimentis retentis digeſtisque intra 5 hebdomades recuperatis viribus prorſus convaluit, quo tempore tuſſis etiam ſequenti remedio eſt profligata:

℞. Mucil. rad. conſolid. maj. ℥j
—— — althææ ℥jß
Spec. diatrag. frig. ℥ß
℥ rad. ſymph. maj.
——— althææ aa ℥j
Syr. de jujub. q. ſ. F. elect. S. quovis mane bis ad cultri cuſpidem inter et poſt potum theatum.

d) *Excreta* varia, quæ aut materiam morbi ſubactam continent, aut olim ingeſta febri hecticæ occaſionem præbuerunt. Sic J. STORCHII apud A. E. BÜCHNERUM (*q*) feminæ corpulentæ ſanguineæ ex inordinata in itinere diæta variisque animi motibus febris catarrhalis, qua laborabat, degeneravit

(*q*) Miſcell. phyſ. med. A. 1727 Octobr. Claſſ. 2. art. 2. n. 1. p. 594.

Digitized by Google

in intermittentem quasi tertianam, at incerti typi, et cum anomalis accessionibus, mentisque alienatione, ob quam cum se se stragulis tegi non pateretur, impediti sudoris loco diarrhœa 14 dierum oborta est, cui 3na sensim cessit; at superfuit abdominis dolor, cum febricula quasi hectica in sextam usque hebdomadem durante; tumque demum enata molimina hæmorrhoidalia et dolentes ficus virium restaurationem impediebant. Postea vero quam et hæc lapsa 10a hebdomade superata fuissent, sputa sub valida tussi procedere cœperunt, queis febris soluta est, ac femina viribus abhinc reversis convaluit. Perinde etiam narrante J. C. HILDEBRANDO (r) „ femina 45 annorum, sanguineo-„ cholerica, a juventute nullis obnoxia „ morbis, diu de gravitate artuum con-„ questa, instituta Væ Se die 6a April. „ 1757 febre corripiebatur 3na, quæ post „ trium hebdomadum intervallum in quo-„ tidianam abiit, frigore ad horam unam „ et ultra, æstu vero ad 6 horas affligen-

(r) Nov. act. nat. cur. Tom. 2. obs. 97.

Digitized by Google

„ te. Medicus in auxilium vocatus plus
„ quam 20 exhibuerat laxantia remedia; ſi-
„ quidem quolibet veſpere et quovis ma-
„ ne ℈em rhabarbarinum ægrotæ deglutien-
„ dum præbuit, et febre non dum ſilente
„ ℈es præſcripſit cum caſcarillæ cortice re-
„ mixtos, quorum uſum exceperunt calor
„ gliſcens continuus, appetitus imminutio,
„ virium major imbecillitas, quæ ultima die
„ 22a Maji, cum ægra per 3 hebdomades
„ nihil comederat, ita adaucta fuit, ut ad-
„ ſtantes ob concurrentem etiam loquelæ
„ defectum mortem exſpectarint. Ego ita-
„ que eodem die poſt meridiem advocatus
„ revera illam quaſi in limine mortis de-
„ prehendi; aderant enim pulſus languidiſ-
„ ſimus et vix digito percipiendus, loquen-
„ di impotentia ob nimiam virium proſtra-
„ tionem, calor faciei lividus et plane
„ icteritius, caloris et tranſpirationis de-
„ fectus plenarius, dum omnia membra at-
„ tactu frigida erant, tandemque alvi et
„ urinæ plenaria ſuppreſſio. Interim adſtan-
„ tes referebant, veſpertino tempore illam
„ ſemper artuum tremorem, et poſtea calo-
„ rem aliquo modo intenſiorem in manibus
„ expertam fuiſſe. Quoniam ergo mori-

Digitized by Google

„ bundæ huic fœminæ ob deglutiendi impo-
„ tentiam ♁es aliaque ficca remedia porrigi
„ non poterant . . . elegi naphtham nitri,
„ ejusque gtt. x cum pauxillo aquæ hora
„ 6a et 9a vespertina, dieque sequente ho-
„ ra 7a et 10a antemeridiana exhiberi jussi,
„ subjuncto decocto cerasorum exsiccatorum.
„ Die ergo 23a Maji nunciabatur mihi, æ-
„ grotam ad se rediisse, postquam hesterno
„ die post assumptam primam remedii dosin
„ vomitus bilis fœceræ obortus fuisset, et
„ altera dein dosi exhibita 8 vicibus plus
„ quam mensuram bilis intense viridis evo-
„ muisset; durante nocte illam quietam ja-
„ cuisse; et nunc calorem adesse naturalem.
„ Jussi igitur hoc die usum naphthæ conti-
„ nuari, et infusum herbæ melissæ recen-
„ tis frigidulum pro potu ordinario exhi-
„ beri. Die 24a Maji percepi ægrotam non
„ amplius vomere, meliuscule se habere,
„ et insignem sltem virium jacturam accu-
„ sare. Hinc idem, cum omnia ferme re-
„ spueret remedia, TRæ corticis Peruviani
„ cum liqv. terræ fol. ♁i paratæ gtt. 60 qua-
„ ter de die, nempe mane hora 7a et 10a,
„ ac pomeridie hora 3a et 6a sumendas ordi-
„ navi, continuando simul infusum melissæ.

„ Die 4ª Junii prima viæ poſt 4 hebdoma-
„ dum intervallum cibum aſſumpſit, ſomno-
„ que ſimul placido redeunte vires iterum
„ colligere videbatur; at die 6ª Junii hora
„ 9ª veſpertina febris iterum acceſſit cum
„ levi frigore ad integram horam, et ſimi-
„ li æſtu per integram noctem durante abſque
„ ullo ſubſecuto ſudore. Quoniam ergo æ-
„ grota laxantium uſum prorſus reſpuebat,
„ iterum eidem quater de die gtt. 10 naph-
„ thæ nitri exhibui, quæ nullum amplius
„ excitavit vomitum; tamenque die 8ª Ju-
„ nii electuarium chinatum ter de die ma-
„ gnitudine nucis avellanæ ſumendo, inter-
„ poſito ſimul elixirio viſcerali ex conſve-
„ tis amaris extractis parato ſubjunxi: ſub
„ quorum uſu intra triduum febris penitus
„ ceſſavit, ægraque viribus præter omnem
„ ſpem citius redeuntibus die 14ª Junii
„ lectum reliquit, die vero 16ª Junii tu-
„ morem pedum oedematodum accuſavit,
„ qui pilulis balſamicis altenis veſperis ex-
„ hibitis, et continuato elixirii viſceralis
„ uſu profligatus eſt. Die 2 Julii ægrota
„ ab uſu braſſicæ muriatica vehementem
„ dolorem cardialgicum et dirrhoeam acce-
„ pit multis ſtipatam torminibus. Ordinavi

Digitized by Google

„ exinde elixirium abſtergens e TR^a rhabar-
„ bari aquoſa, liqv. terræ fol. ℥ri ana, et re-
„ fracta ℔us nitri dulcis doſi conflatum ad
„ gtt. 80 ter de die: unde omnis evanuit
„ dolor. Die 6^a Julii ob prægreſſam iracun-
„ diam vehementiorem ægra inſultum horro-
„ ris vagi et æſtus mitioris, inſimulque ſa-
„ porem valde amarum experta eſt: ea pro-
„ pter ℈em abſtergentem e crem. ℥ ℥iij, ℈
„ rhabarb. ℨj concinnatum ter de die ad ℨſ
„ cum liqu. min. anodyni gtt. 10 ordinavi,
„ eoque conſumpto elixirium viſcerale mar-
„ tiatum ægræ præſcripſi: cujus uſum firma
„ excepit ſanitas, quæ fluxu menſtruo ſubſe-
„ cuto adjuta ſarta rectaque uſque ad hunc
„ permanſit diem„. Vermibus quoque ex-
cretis hectica viſa eſt deſiiſſe. Apud J. F.
CLOSSIUM (s) „adoleſcens 15 circiter annos
„ natus, pancratice antea valens, ab aliquo
„ tempore ſine ulla cauſa manifeſta palleſce-
„ re, delaſſari, emaciari cœperat. Accede-
„ bant anorexia, polydipſia, febricula veſ-
„ pertina, ephidroſis nocturna. Optima ab
„ optimo medico exhibebantur, et ab ægro-

(s) Obſ. 17 in append. ad nov. variol. med. meth.

Digitized by Google

„ to accurate adhibebantur, remedia, tan-
„ tum vero aberat, ut melius inde haberet,
„ ut potius res ipsius in dies in deterius
„ ruerent. Statuebat igitur a pharmacis pe-
„ nitus abstinere, ac quamdiu vitam adhuc
„ protrahere sibi liceret, genio liberalius
„ indulgere. Quid fit? Cum vinum mera-
„ cum aliquando in sympofio cum æqualibus
„ celebrato sine modo ingurgitasset, vomitu
„ id remetiri cogitur, unaque cum eo 3
„ lumbricos teretes prægrandes vivos reje-
„ ctat. Exhalata crapula mire allevatum se
„ sentit, et paucorum dierum spatio in to-
„ tum convaleſcit„. Similem quoque WEIS-
SII casum refert L. G. ARNOLD (t): „ju-
„ venis nempe quidam 20 annos natus et gu-
„ læ antea indulgens incidit in tabem febrim-
„ que hecticodem, qua carnes mirifice exte-
„ nuatæ viresque exhaustæ sunt. Cum itaque
„ consilio quorumdam non nisi lactis et antihe-
„ cticorum usu, vinique omnis ceu consveti
„ antea potus diuturna abstinentia fatigaretur,
„ accidit, ut amici cujusdam . . . svasu . . .
„ aliquot liberales haustus vini Gallici gene-

(t) Differt. cit. §. 16. p. 15.

Digitized by Google

„ roſioris propinaret: exinde in tantam con-
„ jectus ægritudinem, ut animam ferme age-
„ re videretur, et lipothymicus lecto com-
„ miſſus aliquamdiu angeretur; donec vomi-
„ tu accedente magnam vermiculorum vivo-
„ rum copiam ſurſum ejecit. A quo tempo-
„ re in dies melius ſe habuit, et vegetior
„ factus ſanitatem exoptatam recuperavit,
„ ita ut nunc poſt 20 annos optime adhuc
„ valeat„. Haud ſecius poſt excretionem dyſpeptorum corporum, quæ vel in primis viis vel faucium aut circa reſpirationis organa latebris diutius deliteſcentia ſebrim hecticam accenderunt, illa conquieviſſe eſt obſervata. „ Ita novit L. G. ARNOLD (*u*)
„ quemdam cum hectica diu conflictantem,
„ et ferme ad oſſa uſque emaciatum, qui
„ tandem fruſto lardi ſemicocti, ante 10
„ menſes integre deglutiti, nec rite maſtica-
„ ti, nunc adhuc recentis quaſi et duriuſcu-
„ li, nec dum per tam longum temporis in-
„ tervallum emolliti, per vomitum rejecto
„ brevi poſt ſanitatem priſtinam recupera-
„ vit„. Perinde J. C. GOETZII (*x*) „ fe-

(*u*) Diſſ. cit. §. 14. p. 12. ſq.
(*x*) Act. nat. cur. Vol. 2. Obſ. 206.

Digitized by Google

„ mina plebeia 65 annorum pro ſuæ ætatis
„ ratione ſatis adhuc vegeta, durioris vitæ
„ generis, fruſtum membranaceo-tendino-
„ ſum cordis bubuli cocti fervidum adhuc
„ incaute deglutiebat. Statim autem inde
„ minus commode habebat, increſcentibus
„ paulatim adeo ſymptomatibus, ut ſub fe-
„ bris lentæ vel hecticæ larva medicorum et
„ medicaſtrorum varia per biennium elude-
„ rent tentamina. Inſigni autem præcipue
„ dolore in ſiniſtro affligebatur hypochon-
„ drio inde ad caput uſque ſe extendente,
„ qui ſi ſe ſe erigeret, in hypochondrio ex-
„ acerbabatur; ſi vero decumberet, verti-
„ ginem inducebat. Uſurpato tandem . . .
„ infuſo aliquo ex aloe, myrrha, et ℞ vi-
„ ni cochleatim ſumpto per aliquod tempo-
„ ris ſpatium tantis aliquando corripiebatur
„ anguſtiis ſuffocatoriis et debilitatibus, ut
„ e lecto ſe ſe proripere et ſellæ inſidere
„ cogeretur. Sentiebat ſub his concremen-
„ tum aliquod e ſiniſtro hypochondrio ver-
„ ſus gulam aſcendere, per quam ſine ullo
„ vomitu aut tuſſi, ut aliquoties interrogata
„ conſtanter affirmavit, demum erumpebat,
„ fruſtum cordis deglutitum per omnia refe-
„ rens, ſed cuticula alba tenaci obductum,

Digitized by Google

„ quæ paſſim ſtigmatibus purulentis notaba-
„ tur, quaſi alicubi accretum vi inde ab-
„ ruptum fuerit. In aquam projectum cor-
„ rugabatur, et cochleæ inſtar contraheba-
„ tur. Dolor autem illius hypochondrii
„ per octennium obtuſus remanſit, et ſem-
„ per ſub morbis aliis invadentibus exa-
„ cerbatur, per antiquum tractum caput
„ petendo „. P. BORELLI (y) „Dux Ro-
„ thomagenſis cum incaute nimis nucis myri-
„ ſticæ fruſtulum deglutiſſet, incidit in trachæ-
„ am arteriam; quod tamen ille non exiſtima-
„ rat: quare licet tuſſi magna premeretur,
„ ad hæc non animum convertebat. Ema-
„ ciabatur interim in dies, tandemque ad
„ extremam devenerat emaciationem; cum-
„ que jam morti propinquus crederetur,
„ ſemiputre fruſtulum illud nucis myriſticæ
„ cum tuſſi ac magno conatu ejecit, acidis
„ irritata remediis aſpera ejus arteria: et
„ abhinc paulatim priſtinum recuperavit ha-
„ bitum „. Quoniam vero iſti quoque Au-
ctori a non paucis ſæpenumero fides in
ſingularibus rebus geſtis non habetur, quid

(y) l. c. Cent. 4. Obſ. 63.

Digitized by Google

de hac ejus obſervatione tenendum ſit, aliæ ſimiles hiſtoriæ oſtendent. SAINT ANDREE (z) Gallus Archiater vidit virginem vehementi ac diuturna tuſſi cum dyſpnœa et febre chronica exitium ſenſim minante afflictam, emaciatam, atque idcirco pro phthiſica habitam. Cum autem aliquando cum ſputis uvæ acinum olim imprudenter deglutitum egeſſiſſet, continuo a febre liberata eſt. Apud P. HOECHSTETTERUM (a) „ civis quidam Auguſtanus . . . „ A. 1604 ingentes dentium dolores paſſus „ audiit a medicaſtra quadam aurum puriſ- „ ſimum præſentiſſimum eſſe anodynum et „ nobile medicamen mitigans acerbitates o- „ dontalgiæ. Quare ex ſuo theſauro recon- „ dito elegit Portugalenſem ducatonem cru- „ ciatum, quem dentibus ſuperimpoſuit, „ et lecto ſe commiſit. Dies erat 13 De- „ cembris, in quo in ſomnum prolapſus dor- „ mivit diu. Experrectus aureum non re- „ perit, nec quo ſe receperit, novit: ex- „ cutitur lectus; purgatur domus; nullibi „ aureus

(z) Medicin. Anecdot. n. 141.
(a) Obſ. med. Dec. 6. Caſ. 10. p. 726.

Digitized by Google

„ aureus nummus invenitur. Chirurgi in
„ collo negabant latitare posse, cum nec
„ viderent, æger fastidium ibi pateretur;
„ symptoma siquidem cum in deglutiendo
„ nullum, in loquendo exiguum etiam post
„ aliquod spatium temporis esset: hospitium
„ igitur aut in stomacho aut intestinis sum-
„ psisse credebant. Raucus post aliquot
„ menses factus, accedente simul aliqua
„ corporis consumptione, medicos vocavit
„ in consilium, querelam suam de aureo
„ devorato nummo exposuit, sancte affir-
„ mans, illum in isthmo faucium adhuc hæ-
„ rere. Chirurgi in ore patulo instrumen-
„ tis quærebant hospitem insolentem et in-
„ svetum, qui nec tangi poterat. Mutati
„ itaque hi Medici; vocatur archiater, qui
„ ex raucedine illa diuturna et magna, cor-
„ porisque consumptione, nescio quid suspi-
„ cans decoctum chinæ radicis propinavit,
„ et sudare jussit: ex qua cura deterius ha-
„ buit, cum corpus non nutriretur, sed
„ magis contabesceret. Alii igitur medici
„ posteris vocati mensibus debili et hectico
„ propinarunt emulsiones humectantes, qui-
„ bus isthmos ille madefactus aureum num-
„ mum mobilem eructavit; 120 siquidem

Digitized by Google

„ Februarii A. 1607 cum felem in proxima „ arbore glande ex gleba per arundinem pe„ tere vellet, ſimul etiam aureum hunc „ excluſit hoſpitem, jam biennio et men„ ſibus duobus in faucibus latitantem, cujus „ pars inferior alba videtur, ac ſi ☿us tin„ xiſſet; nunc inter clinodia baliſtarum Au„ guſtæ . . . ſervatur, ac albida videtur. „ Supervixit plus tribus luſtris, cum nova „ uxore factus iterum pater„. Haud abſimilem caſum refert T. ARNOT (*b*): ſutor 30 annorum robuſtus ac ſanus biduo poſt vitulinam dapem comeſtam nempe 28a April. 1733 conqueri cœpit de anorexia, dyſpnœa, tuſſi, tenſivoque pondere in ſuperiore ſterni parte cum febre; quæ ſymptomata, dum cum piſcatoribus in fluvio oberraſſet, increvere etiam. Facta igitur Væ Se, datoque emetico ſenſus ponderis abiit, non item alia ſymptomata: quin imo doloribus lateris punctoriis vexatus emaciabatur cum pulſu hectico, viriumque jactura, halitu ſæpe male admodum olente, et ſpiratione

(*b*) Medic. Verſuche u. Bemerk. von Edinb. 5. B. 2 Th. n. 57 p. 802. ſqq.

Digitized by Google

quandoque ſibiloſa. Idcirco detractus porro ad ℥ xx ſanguis perquam ſpiſſus, poſteroque mane datum emeticum, ac deinceps exhibita balſamica et pectoralia. Unde tuſſis quidem ac dyſpnœa mitigabatur, ac ſpiritus minus olebat; verum febris, ſitis, aliaque perſtabant. Die 28ª Maji omnibus ſymptomatibus gravioribus factis bis iterum vena tuſa pungentes lenivit dolores, ceteris non levatis, vehementique dolore ſcrobiculum cordis ſub tuſſi laceſſente. Continuata igitur pectoralia, iteratumque emeticum ſcillitico inſuper aceto acuatum. At minus licet ſpiritus oleret, æger nihilo ſecius deterior clinicusque factus delirare occepit. Junii 2ª copioſus obortus eſt ſudor ſine levamine. Poſtridie ab hora 6ª ad 9ªm uſque intenſa tuſſis aderat, ſub cujus vehementiore quodam inſultu rejecit æger os ſpongioſum, avellanam æquans, cruenta materia obſitum, peſſimique fœtoris. Hoc eliſum continuo ſubſecutum eſt pus fœtidiſſimum ſanguine remixtum, quantum cochlear magnum caperet. Abhinc vero omnia ſymptomata ocyus remiſere, ſola ſtomachi debilitate et aliquot dierum nauſea a cibis ſuperſtite. Quapropter emeticum exhibitum ubi ano catoque vacuaſ-

Digitized by Google

ſet, æger in dies emendabatur, ac demum plane convaluit. Ita etiam DE LA METRIE (*c*) de ægro quodam narrat, eum a parvo unco argenteo deglutito lente febricitaſſe cum tuſſi ac ſanguinis ſputo, demumque evaſiſſe phthiſicum; ſumpto vero balſamo de Mecca violentiſſimam obortam tuſſim, et rejecto per vomitum unco mox omnia deſiiſſe ſymptomata. Hæ ipſæ etiam hactenus allatæ obſervationes ſatis innuent, quid de caſu J. A. LIMPRECHTI (*d*) tenendum ſit? „ Accedebat me (refert ille) Weſtphalus „ quidam ſartorius . . . famulus 20 circi„ ter annorum, qui de variis cachecticis „ ſymptomatibus conquerebatur, et inter „ hæc præcipue de anorexia chronica. Di„ verſa alterantia non minus ac evacuantia „ medicamenta morbum hunc vix mitigare, „ ne dum tollere poterant, uſque dum poſt „ aliquot hebdomadas, cum tempore matuti„ no eum viſitarem, chartula tectos mihi „ porrigeret duos pilos, quorum unus ſu„ perabat dimidiam, alter fere ad integram

(*c*) Obſ. de Medecine pratique p. 83.

(*d*) Act. nat. cur. Vol. 4. Obſ. 7.

Digitized by Google

„ longitudine ſua accedebat ulnam Pariſien-
„ ſem, utrumque vero ſitu obductum, quos
„ ſe ex ſomno nocturno expergefactum,
„ prævia quadam titillatione, ex faucibus
„ ſuis extraxiſſe referebat. Hiſce extractis
„ melius ſe habere in dies et cœpit et ſenſit.
„ Appropinquante vere juſſi, ut peteret Gal-
„ liæ interioris partes relicta Lutetia . . .
„ Circa autumnum ejusdem anni avocor a
„ prandio per quemdam ex domeſticis no-
„ ſtris, qui mihi indicat adeſſe peregrinum
„ aliquem, qui mecum colloqui deſideraret.
„ Hic me accedentem prolixa gratiarum
„ actione . . . excipiebat pro ſanitate a me
„ ipſi quondam reſtituta. Apparebat autem
„ hic homo ex agro Aurelianenſi redux adeo
„ florida conſtitutione, ut vix ac ne vix
„ quidem credidiſſem, eundem fuiſſe . . .
„ ſartoris . . . famulum ſuperius deſcriptum,
„ niſi certiſſimis indiciis omnem mihi dubi-
„ tationem ipſe exemiſſet „. Ex omnibus apparet, hominem lenta hecticave febre laboraſſe non ſine macie luridoque aſpectu, a queis excretione pilorum mutatoque dein cœlo eſt liberatus, ubi ubi illi pili ante hæſerint.

Digitized by Google

e) *Metaſtaſes* denique, ad quas ſequens A. VATERI (*e*) obſervatio referenda videtur: „ puella 4 circiter annorum, ab „ incunabulis valetudinaria, adeoque triſtis, „ moroſa, et ad iram prona A. 1744 au„ tumno paroxyſmo corripiebatur febrili, „ quo poſt aliquot horas remittente inſe„ quente die febris immunis erat. Tertio „ die novus accedebat inſultus tertianarum „ more, frigore itidem ingruens; ſed calor „ intenſiſſimus ſecutus ultra 24 horas dura„ bat, et per aliquot dies continuabat, per „ intervalla incerta tamen remittens, tan„ demque in lentum mutabatur. Urina ægræ „ erat denſa, cinerei ad nigrum vergentis „ coloris cum ſedimento mucoſo graveolente, „ ex quo haud levis orta eſt ſuſpicio labis „ aut corruptionis viſceris cujusdam, ſi non „ præſentis ſaltem imminentis. Abdomen „ præterea tumidum, inflatum, ac durum erat „ cum obſtructione alvi, qua licet reſerata „ tumor abdominis manebat, qui tamen em„ plaſtro carminativo SYLVII applicato ali-

(*e*) Diſſ. de curat. per exſpectationem (in HALLERI diſput. cit. T. 7. P. 1. No 228. p. 4).

Digitized by Google

„ quantum minuebatur. Interea urgebat ve-
„ hementer tuſſis cum ejectione materiæ
„ viſcidæ, accedebant vomitus pituitoſi ac
„ bilioſi per intervalla, tandem etiam diar-
„ rhœa mucoſa calorque inteſtinus mordax
„ reddebatur cum emaciatione totius corpo-
„ ris, adeo ut vix ulla ſpes vitæ et ſanitatis
„ ſupereſſe videretur, parentibus nil niſi
„ mortem placidam filiolæ optantibus . . .
„ Nihilo tamen ſecius cura hujus febris len-
„ tæ tabificæ, quantum ægræ a medicamentis
„ abhorrentis morositas permiſit, continua-
„ batur blandis aperitivis ad obſtructiones
„ viſcerum abdominis reſerandas, e. g. elix.
„ propr. alcal. CLAUDERI, liquore terræ
„ fol. ☿ri, cum intermixtis laxativis ex
„ rhabarbaro, nec non calori interno reſi-
„ ſtentibus, emulſionibus cum nitro antimo-
„ niato, materia perlata, antihectico PO-
„ TERII, itemque TR^a papav. errat. et
„ ſimilibus adhibitis. Omnibus autem, uti
„ videbatur, in caſſum adhibitis miſera vi-
„ ribus exhauſta ægre vitam trahebat, ni-
„ hilque medicamentorum præter TR^am no-
„ ſtram ſulphuris vitrioli, quæ virtute ano-
„ dyna nervina et confortante ſingulari

Digitized by Google

„ prædita, ad paucas guttas assumebat, a
„ qua mire reficiebatur. Elapsis ita 8 cir-
„ citer septimanis ægra de dolore lateris
„ sinistri in pectore conqueri cœpit: ad
„ cujus causam detegendam cum corpus de-
„ nudaretur, occurrebat circa sinistram pa-
„ pillam tumor inflammatorius ovi gallina-
„ cei magnitudine ad apertionem jam ma-
„ turus. . . . Apertio ope lancettæ in lin-
„ teo occultatæ peracta est; unde insignis
„ materiæ purulentæ sanguine permixtæ
„ quantitas effluxit. Abscessus ita apertus
„ ob materiæ exeuntis copiam metum pri-
„ mum excitavit, ne forte cum cavo pe-
„ ctoris communicaret, curamque difficilem
„ redderet; sed injectionibus balsamicis tra-
„ ctatus post 3 aut 4 septimanas consolida-
„ batur. Interea etiam, prout materia im-
„ minuebatur, calor et febris sensim re-
„ mittebat, tandemque cum omnibus sym-
„ ptomatibus cessabat; et ita nostra contra
„ omnium spem et opinionem cum sanitate
„ in gratiam rediit, vires mox recuperavit,
„ atque corpore bene nutrito et hilari ani-
„ mo prædita optime nunc valet, nec ab
„ illo tempore quidquam incommodi sentit„

Digitized by Google

§. 39.

5. LETALIA *indicia* hecticæ non curandæ ut plurimum esse solent

a) *Recidiva*, quæ HOFFMANNI (*f*) cholerico, mulieribus FORESTI (*g*) ac TISSOTI (*h*), et illustri GRIFFITHII (*i*) feminæ exitialis fuit.

b) *Orthopnœa*, quæ BÜCHNERI (*k*) nobili perniciem attulit.

c) *Lethargus*, *coma*, &c. quod symptoma sexagenario DELII (*l*) postremum supervenit.

d) *Paralysis*. SCHULZII (*m*) sane juveni hemiplegia funesta fuit.

e) *Ulcus pulmonum*, quod seu causa hecticæ seu effectus fuerit, nunquam non ad mortem ducit (*n*).

f) *Marasmus* verus cum HIPPOCRATICA facie: hocce enim præsente ultimus jam adest *hecticæ marasmodis* tunc

---

(*f*) Vide §. 56.
(*g*) Vide §. 30 c).
(*h*) Vide §. 55 a).
(*i*) Ibidem d).
(*k*) Vide §. 22 c).
(*l*) Ibidem.
(*m*) Vide §. 30 d).
(*n*) Vide §. 23 a) et 36 e).

Digitized by Google

dictæ gradus, qui omnium experientia nullam amplius admittit curationem, ut in HOFFMANNI (*o*) octogenario, VOGELII (*p*) helluone, innumerisque aliis. Interea tamen unus alterve legitur etiam ex hac infelici macie eluctatus, in primis FORESTI (*q*) juvenis, DILLENII (*r*) magister equitum, et SCHENFELDERI (*s*) sartor.

g) *Diarrhœa colliquativa* ad extremam jam hecticæ metam appulsis ægris superveniens paucas adhuc residuas vires convellendo brevi exitium affert: quemadmodum in pensionario FORESTI (*t*), ejusque cognato (*u*), ac matrona (*x*), et lapicidia KLAUNIGII (*y*), aliisque est observatum. Deterior etiam est *lienteria*, qua oborta duos celeriter pereuntes vidit P. FORESTUS (*z*), rusticum unum, alterum juvenem 32 annorum, bilioſum et macrum, qui ex causo sub canicula perperam tractato in hecticam marasmoden cum phthisi

(*o*) Vide §. 29 b).
(*p*) Vide §. 26 b).
(*q*) Vide §. 68 No 1.
(*r*) Vide §. 30 c).
(*s*) Vide histor. 7.
(*t*) Vide §. 22 c).
(*u*) Vide §. 25.
(*x*) Vide §. 34 No 3.
(*y*) Vide §. 27.
(*z*) l. c. L. 4. obs. 4.

Digitized by Google

devolutus, nullis proficientibus remediis, oborta demum lienteria cito interiit.

h) *Exanthemata* denique ubi provecto jam morbo superveniunt, pessimam humorum corruptionem adesse testantur, ac plerumque mortis imminentis prodromi esse solent; cujusmodi in primis sunt petechiæ, livores, et (quod frequentissimum) aphthæ. A. E. BÜCHNERUS (*a*) meminit juvenis 30 annorum e diuturna febre hectica ad sceleti modum emaciati, cui demum numerosæ per femora maculæ magnæ ex atro rubentes obortæ mortem nullis præsidiis avertendam attulerunt. Apud P. FORESTUM (*b*) Pensionarii hectici „ uxor . . . cum ex „ hectica ad extremam maciem deveniisset, „ præcedente mensium proluvie per inte„ grum annum, neque tunc remediis utens, „ neque iisdem, cum uti vellet, tandem „ spiritum vini a tonsore destillatum cum „ cepisset, in aphthas incidit, et in febrem „ etiam putridam, quæ cum hectica admixta „ erat, et tandem in marasmum mutata.

(*a*) l. c. A. 1727 Mart. Cl. 2. art. 1. §. 3. p. 145.
(*b*) l. c. Obs. 9.

Digitized by Google

„ Hæc proba matrona etiam ante maritum „ obiit, cum antea nullis præſidiis uti vel„ let „. Eundem exitum nactæ ſunt aphthæ in ejusdem Auctoris agricola (*c*), et HASENESTII (*d*) puero, quibus non immerito etiam G. HORSTII (*e*) matrona addi poteſt.

i) *Urina pinguis* autem tametſi colliquationis indubius ſit index, abſolute tamen letalis ominis non eſt; ſiquidem non pauci cum hujusmodi urina viſi ſint evaſiſſe. Et P. FORESTUS (*f*) „ ego (inquit) fi„ liam Dominæ MARQUET, cum plane „ conſumpta videretur et extenuata, et ſto„ macho laboraret, et nihil concoqueret, „ curavi, habentem urinam tenuem et al„ bam, in ſuperficie adeo pingvem, ut „ pingvedo digitis auferretur, miraculi „ inſtar „.

(*c*) Vide §. 30 a).
(*d*) Vide §. 22 b).
(*e*) l. c. P. I. L. I. Obſ. 32.
(*f*) l. c. ſchol. ad obſ. 3. in fine.

Digitized by Google

HISTORIAE FEBRIS HECTICÆ

PARS II.

DE MEDENDI METHODO FEBRI HECTICAE.

PROLEGOMENON.

§. 40.

I. INDICANS eſt febris hectica: proinde

II. INDICATIO eſt eandem tollendi, i. e.

1. Cauſa ejus tollenda, porroque vitanda.
2. Febriles motus exſtingvendi.
3. Symptomata mitiganda.
4. Effectus futuri prævertendi, præſentes abolendi:
   a) Humoribus correctis, conditis;
   b) Colliquationibus prohibitis;
   c) Macie ſublata.
5. Recidiva præcavenda.

Digitized by Google

III. INDICATA demum e triplici fonte, nempe pharmaceutico, chirurgico, diætetico, petita ejusmodi esse oportet, quæ vel singulis vel pluribus simul e modo dictis faciant satis. GALENUS (*a*) vero haud alia indicata in curationem hecticæ febris admittit, quam quæ *refrigerant* et *humectant*, ita ut binis his capitibus omnem febris hecticæ curationem comprehensam velit, dicens: „ cum igitur . . . citra putredinem „ squallenti corpori febricitare contigerit, „ caput totius curationis in iis remediis, „ quæ refrigerent et humectent, statuere „ oportet „. Et vero non vana eum dixisse in sequentibus satis superque apparebit.

(*a*) Meth. med. L. 10. C. 5.

Digitized by Google

SECTIO I.

PHARMACIA.

CAPUT I.

EMETICA.

§ 41.

EMETICA in non nullis febribus hecticis usque adeo sunt necessaria, ut iis neglectis alia quæque præsidia frustra sint; modo usus illorum eo usque dilatus non fuerit, ut summa jam virium animalium jactura præsens eadem administrari prohibeat. Idcirco, si necessitas illa præbendi fuerit, mature, et in primo vel maxime morbi gradu, danda esse nemo non intelligit. Ceteroquin autem usum emeticorum exigunt

1. *Dyspepta* deglutita in stomacho fauciumve latebris hærentia (*b*); quæ nisi inde fuerint excussa, oleum et opera perditur.

(*b*) Confer. §. 26 a) et §. 38 d).

Digitized by Google

2. *Vermes* ventriculum insidentes; qui cum sponte oborto vomitu inde ejecti hecticæ febri finem attulerint (*c*), eo certius id ipsum emeticorum adminiculo consequi licebit.

3. *Colluvies humorum* pravorum in primis viis, præsertim post morbos prægressos ibidem restitans. Hinc M. ETTMÜLLERUS (*d*) „ si vitio stomachi (ait) oritur „ hectica, convenit ante omnia vomitorium „ blandum instituere, si vires adhuc sunt „ validæ. Audiendum hic est LINDANI „ consilium, dum inquit: in curatione hecticæ statim ad partis affectæ cognitionem „ incumbere oportet, qua cognita ego facilius hecticam quam quartanam curabo; „ oriuntur enim plerumque ex vitio stomachi. Sic (inquit) curavi uno vomitorio, „ et hinc cum elixir proprietatis, hecticam „ intra 4 dies „. In eandem prorsus sententiam F. HOFFMANNUS (*e*) abiit, dicens: „ quando ex prava digestione et inde enatis „ crudis ac lentis primarum viarum succis post „ morbos

(*c*) Vide §. 38 d).
(*d*) Colleg. pract. l. c. p. 314.
(*e*) Med. rat. syst. l. c. curat. §. 1.

Digitized by Google

„ morbos febris ejusmodi succreſcit, ... pri-
„ ma regio a ſordibus, febris fomite, liberetur.
„ Perfici poteſt hoc pro circumſtantiarum ra-
„ tione leni emetico, quale præbet radix ype-
„ cacuanhæ in ℈ aut infuſo data „. Et vero complura hanc in rem ſuppetunt exempla, inter quæ præter bina a M. ETTMÜLLERO (*f*) notata primum ſibi locum depoſcit F. HOFFMANNI (*g*) obſervatio: „ femina 30 annorum, tenera, victum tenuem mollem per „ multos annos ſvetum cum craſſo et duro „ permutarat, et carnes infumatas piſces- „ que ſalitos liberaliter ingeſſerat. Incidit „ hinc primum in tertianam notham; a qua „ poſt menſem liberata ad ſtomachum ſul- „ ciendum uſa eſt TR^a aperitiva MOEBII „ ex ☊^u ſalis cum ſale ♃^ri, torna ſolis „ tincta. Hac adeo aucta appetentia, ut vix „ famem ſedare poſſet. Paulo poſt per- „ ſenſit virium lapſum appetitusque pro- „ ſtrationem cum æſtu interno ac phlogoſi, „ pulſu veſperi ac poſt cibum ſemper mul- „ tum increbeſcente. Succeſſit tandem lan-

(*f*) Caſ. & obſ. med. n. 238. 241.
(*g*) l. c. obſ. 6.

Digitized by Google

„ guor univerſi corporis, pedumque tumor
„ ac dolor contuſivus. Medicum igitur ac-
„ civit: qui cum primam regionem ſaburra
„ acidorum humorum obſeſſam eſſe recte
„ concluderet, lene dedit emeticum ex ℞ri
„ emetici uno et dimidio grano, aquæ
„ menthæ uncia, et julepi roſarum drach-
„ ma. Aſſumpto hoc ingens copia viſcidæ
„ amurcæ viridiſſimæ inſtar æruginis æris
„ vomitu rejecta, quæ inſtillato oleo ℞ri.
„ per deliqv. flavum induit colorem, lucu-
„ lento indicio, ex bile et acido corroſivo
„ eandem eſſe conflatam. Mitior inde red-
„ ditus calor, et moleſtus oſſium dolor
„ complacatus, vires quoque reparatæ. Ni-
„ hilo minus ad reliquum exturbandum 30
„ die iterato datum hoc pharmacum, et e-
„ vocata tam per ſuperius quam inferius
„ os ſimilis indolis recrementa. Poſtea ve-
„ ro datum elixirium noſtrum balſamicum
„ ſtomachale et ♂es præcipitantes cum du-
„ plicato arcano tam ſalutari effectu, ut
„ brevi poſt febris hæc cum omnibus ſym-
„ ptomatibus diſcederet, et ægra cum va-
„ letudine in gratiam rediret „.

Digitized by Google

§. 42.

Debilitas cum insigni macie etsi ut plurimum emeticorum usum prohibeat, obtingere tamen casus possunt, ubi locus iis sit dandus, modo manu prudenti præbeantur, nimirum dum aut vermes aut saburra morbum et causavit et fovet. Evincit id singularis prorsus observatio nescio cujus apud J. G. FRITZE (*f*): rusticus juvenis 23 annorum sexennio ægrotabat. Symptomata morbi erant assidui ructus, nauseosus oris sapor putridus, et anorexia, noviſſimoque morbi trimestri sputa fœtida copiosa procedebant. Morbus hic 9 mensibus ægrum usque adeo divexavit, ut prorsus emaciatus post Væ Sem domesticaque remedia in cassum administrata jam deploratus esse videretur. Hocce in statu mater ægri cardiacum a pharmacopœo tantummodo exposcens, dum sciscitanti historiam morbi referret, conjecit ille malum a saburra primarum viarum proficisci: quapropter cardiaci in locum præbuit

(*f*) Medic. Annalen 1 Band 4 Art. n. 4. p. 293.

Digitized by Google

℞. ▽æ fontis ℥jv
♀ri emet. gr. iij.
Sal. FRIDER. ℈j
Lap. 69 ppt.

Sacch. aa. q. ſ. ad ſaporem coloremque cardiaco ſolennem conciliandum. D. pro doſi, ſuperbibendo infuſum theatum. Ab hoc remedio æger inflato poſt ¼ horæ abdomine vomere cœpit, primoque mox vomitu egeſſit inſectum quadrupes cum prolixa cauda, vivum, quod huc illuc diſcurrens necari vix potuit; deinceps aliquoties adhuc mucum fœtidiſſimum in copia evomuit: non multo vero inde poſt cibum popoſcit, avideque comedit. Atque abhinc evaneſcente penitus 9 menſium ægritudine plane convaluit, uxoreque ducta proles genuit, ac ſanus manſit.

CAPUT II.

CATHARTICA.

§. 43.

CATHARTICA vero longe amplioris in hecticæ curatione præ emeticis ſunt utilitatis; nam præterquam quod illorum eadem

Digitized by Google

sint, quæ in emeticis vidimus, indicantia, duas etiam alias habent prærogativas, videlicet quod primas vias depurando remediis ulterioribus iter secundas ad vias expediant nullis sordibus inquinatum, quo scopo ea BINNINGERUS (*g*) sua in puella utiliter præmiserat, tum quod in hectica teneræ ætatis, ab infarctu mesenterii ortum trahente, curanda magnopere sint proficua, dum dicto infarctui pulchre medentur. Hinc ubi F. HOFFMANNUS (*b*) emeticorum necessitatem ostendisset „ si autem præstat (subjungit) materiam vitiosam per os inferius „ educere, simulque digestioni prospicere, „ ex usu sunt sâlia sic dicta neutra, digesti- „ va, terra scilicet foliata tartari, nitrum „ antimoniatum, sal polychrestum ☿ vitrio- „ latus, solutio ocul. 69, sal Sedlicense, vel „ sola vel cum ½ parte ℥ris rhabarbari electi „ mixta, parcius sed crebrius cum sufficienti „ vehiculo oblata. Eandem blande laxantem „ simulque egregie roborantem virtutem „ habent pilulæ balsamicæ a BECHERO di-

(*g*) Vide §. 58 a).
(*b*) l. c. curat. §. 1.

Digitized by Google

„ ctæ, quæ eapropter utiliter aliquoties sed „ minori dosi deglutiendæ „. Et paulo post (*i*) de senili marasmo agens „ si vero (ait) se- „ num succi impuris et a blanda naturali „ indole alienis particulis scatent, nihil „ aliud agendum, quam ut per clementissima „ laxantia rhabarbarina, mannata, et passu- „ lata sordes spurcitiem humorum foventes „ evocentur „. Quanto autem cum successu hujusmodi in casibus cathartica præbeantur, documento est femina J. STORCHII (*k*) cholerica, ad 40 annos nata, quæ post iram incidit in siccam tussim tota æstate affligentem cum insigni emaciatione, ita ut principio Junii ob lentam vel hecticam febrim supervenientem cum multis sudoribus nocturnis evaserit clinica. Præscriptis idoneis remediis omnia pene symptomata præter siccam illam tussim ac sudores nocturnos cessere. Cum vero ægra multum a catharsi speraret, dedit Auctor hasce pilulas:

℞. Extr. scabios.
—— glyz.
M. P. purg. aa ℈j. M. S. 30 vel

(*i*) Ibidem §. 8.
(*k*) Obs. clin. ann. 5. Junii Class. 1. p. 245. sq.

Digitized by Google

4to quoque veſpere gr. x pro doſi. Ab his primum ſumptis licet ſemel tantum alvus mota ſit, eadem tamen doſi pergendum viſum eſt; nec abs re: nam ſenſim ſæpius inde alvus ſubducebatur, eo cum ſucceſſu, ut 26ta Julii ſudoribus nocturnis liberata ægra, priſtinaque appetentia recuperata, per omnia melius habuerit, curatioque theato potu e rad. polypod. glyz. herba tuſſil. fl. prim. ver. ac bellid. imperato ſit abſoluta. Perinde apud J. RHODIUM (*l*) „ hecticam juvenis Veneti „ e nobili familia ſine macie, cum calore „ ac levi madore univerſi corporis, ſine ri„ gore, ſine propenſione in ſomnum, per „ 8 menſes continuatam J. PRAEVOTIUS „ præter ſententiam reliquorum medicorum „ hydrotico ſuperavit: cujus generis febris „ toto vitæ curſu bis ei ſe ſe obviam dedit „. Quantum vero ad tollendos meſenterii infarctus in infantibus inde hectica laborantibus cathartica valeant, experientia T. SYDENHAMUM (*m*) edocuit, qui „ eſt . . . he-

(*l*) Obſ. med. Cent. I. Obſ. 20.

(*m*) Sched. monit. de novæ febris ingreſſu p. m. 367 Confer et proceſſ. int. in morb. omn. cur. p. 521.

Digitized by Google

„ ćticæ ſpecies (ait) infantes diu affligens, „ qua infeſtati ſine inſigni aliquo calore lan- „ guent cum appetitus dejectione, et tam „ artus quam corporis truncus ubique ema- „ ciantur. Simpliciſſima, qua hic utor me- „ thodo, talis eſt: rhei electi taleolatim in- „ ciſi ʒij in lagenam vitream duarum ℔ ce- „ reviſiæ tenuis capacem, ſubere mox probe „ obturandam, immitti curo (vel in alio „ quolibet liquore, quo pro potu ordinario „ uti ſolent infantes), quam cereviſiam ita „ medicatam infanti tam noctu quam inter- „ diu, et cum et ſine cibo propinandam in- „ jungo. Epoto hoc liquore duas alias li- „ bras rhabarbaro eidem ſuperaffundi jubeo; „ quibus pariter exhauſtis alias adhuc duas „ pro 3ª vice ſubſtituo: quo facto et rheum „ vires ſuas amittit, et infans morbo ut „ plurimum liberatur. Ne tamen cereviſia „ primum affuſa rhei vi cathartica ſaturatius „ imprægnata juſto vehementius alvum cieat, „ cautius agimus, ſi ℔j epota alteram ſtatim „ adjiciamus; poſt vero recentem cereviſiam „ non affundemus, niſi exhauſta ea omni, „ quæ prius fuerat lagenæ incluſa„. Efficacius etiam eſt rheum, ſi e conſilio F. HOFFMANNI cum ſalibus mediis hujusmodi in caſibus

Digitized by Google

fuerit exhibitum. Luculentum ejus rei exemplum narrat M. HERZ apud C. G. SELLE (*n*): puer $3\frac{1}{2}$ annorum, hecticus, pallida collapſaque facie, carnibus laxis ac flaccidis, artubus ſummis et imis graciles bacillos æquantibus, totoque corpore in ſceleton extenuato, viribus perinde peſſumdatis, at ventre contenſo et inflato cum manifeſto hic illic infarctarum glandularum meſeraicarum tactu, quotidie aliquoties tenuia ac fœtida alvo egerebat. Pulſus erant minimi et celeres, inſignis appetentia, et mox a capto cibo febricula ingruebat. Totum inſuper os aphthæ obtinebant; lingva omnis, ut ut ſedulo mundata, lardaceæ cruſtæ erat ſimilis, atque a leviſſimo attactu quælibet oris cavi pars ſangvine manabat. Quamvis ergo primo obtutu nihil ſpei ad ſalutem pueri ſupereſſe videretur; nihilo tamen minus convaluit ſolo rhei cum terra fol. tartari uſu, quorum m. et v. aa. gr. viij in 4 hebdomades datis abdomen molleſcens ſubſidebat, obſtructiones, fames et febricula abibant, pulſu facto tar-

(*n*) Neue Beyträge zur Natur u. Arzeneiwiſſenſch. 1. Th. No 4. p. 134. ſqq.

Digitized by Google

diori ac valentiori, carnesque et habitus corporis secundum naturam reparabantur. Solæ aphthæ ad omnia quæque commendatissima remedia superfuere in 6 hebdomadas contumaces; donec ex ARMSTRONGII consilio vitrioli albi ʒß in aquæ ℥ vj soluta et cum mellis rosacei ʒj remista usui daretur, ut 4ª quaque hora intincto in hanc MRam linteolo os eluatur, et ob aphthas procul etiam versus fauces numerosas MRª hac aliqvoties per diem injectiones fiant: quo facto aphthæ intra 4 dies evanuere. Non multo inde post puer eusarcos robustusque factus, post trimestre abhinc superatis pessimæ indolis variolis, in præsenti eximio robore pollet. Quantum autem hic rheum ob suam simul tonicam virtutem aliis præstat, tantum etiam ℔ us dulcis vel alius ob insignem vim infarctus ejusmodi referantem hic œncomiorum meretur. C. M. BURCHARDUS (o) „ha„ buimus (inquit) talem puerum quadrien„ nem, a prima infantia miserum et elum„ bem, insatiabili appetitu, et tanta siti „ nocturno tempore laborantem, ut nec pro-

(o) Disp. de febrib. mesentericis acutis (4to Rostoch. 1727 Resp. J. G. SONNENKALB) §. 56. p. 30.

Digitized by Google

„ priam urinam, nec abſinthii decocta, quæ „ ipſi a domeſticis propinabantur, ut eum a „ peſſima conſvetudine abducerent, reſpueret. „ Hunc, poſtquam varia a diverſis medicis „ in caſſum exhibita eſſent artis præſidia, „ continuato per 3 menſes ☿lium et aloe- „ticorum ac denique balneorum uſu ad per- „ fectam reduximus ſanitatem. Per totum „ fere illud tempus nigricans et viſcida et „ fœtidiſſimi odoris materia quotidie per „ alvum educebatur cum abdominis non tan- „ tum detumeſcentia, ſed etiam reliquarum „ partium tanto augmento ac robore, ut „ brevi greſſum firmare et mox incedere „ diſceret, appetitu quoque ac ſiti ad ſta- „ tum naturalem reductis. Utimur ordina- „ rie æthiope minerali ☿io probe ſaturato „ et cum ♂e puerorum mixto, item eſſen- „ tia noſtra amara, aloetica, quæ alvum „ quotidie leniter ſubducit „.

§. 44.

Contraindicant nihilo minus cathartico- rum uſum vires magnopere proſtratæ in exhauſtis ultimam morbi ſemitam jam cal- cantibus; quæ cum ad colliquativam alvum

Digitized by Google

inducendam proniſſima ſit, hac a catharticis oborta mors accelerabitur. Imo per principia quoque morbi „ in hectica ſimplici ſeu „ ſine febri putrida . . . complicata nec e- „ vacuationes nec Væ Sæ nec purgationes „ ſunt inſtituendæ, inquit M. ETTMÜLLERUS (p); hæ enim ſemper vires debilitant, et nutrimentum corporis plus „ minus deprædantur „: niſi forte manifeſta adfuerint ſaburræ indicia. Sat igitur fuerit curationis initio alvum ſemel ac blandiſſime ſubduxiſſe. Poſtremo autem hecticæ in gradu cane pejus et angue ſunt fugienda ob funeſtos inde obſervatos eventus. Apud F. HOFFMANNUM (q) „ vir quadrage- „ narius, tener conſtitutione, poſt longum „ animi mœrorem et vitam ſedentariam in- „ cidit in langvorem virium, corporis mar- „ corem, appetitus proſtrationem, calorem „ p. n. cum pulſu debili et frequenti, ſom- „ no parco et interrupto, facie plumbea, „ oris ſiccitate perpetua, et ſudore matu- „ tino. Cum his per 6 ſeptimanas fuiſſet

(p) Colleg. pract. l. c.
(q) l. c. obſerv. 8.

Digitized by Google

„ detentus, ob alvum adſtrictam ſumpſit
„ purgans ex diagrydii ſulphurati gr. ij cum
„ ♃o vitriolato, quo multum dejecit, et
„ diutius quam per octiduum. Inde vïres
„ adeo conciderunt, ut animus facile defi-
„ ceret in ſitu erectiori; calor etiam in-
„ crebuit, et acceſſit tandem ſumma præ-
„ cordiorum anxietas, ad quam levandam
„ vena aperta, et aliquot unciæ emiſſæ ſan-
„ guinis fluidi et floridi. Licet autem an-
„ xietates hoc facto levarentur, æger ta-
„ men ob virium plenarium lapſum animam
„ haud ita multo poſt efflavit „. Cum au-
tem morbus non fuerit ultimo in gradu,
mors adeo improviſa ipſi HOFFMANNO
admirationi fuiſſe videtur: unde etiam
„ hectica hæc febris (ait) eſt enata procul
„ dubio a ſphaceloſa viſceris cujusdam, ac
„ uti videtur, hepatis corruptione; non
„ enim novum eſt, quod in languidioribus
„ et diuturno mœrore affectis viſcera ob
„ ſanguinem ſtagnantem abeant in putredi-
„ nem, ac teſte cadaverum ſectione com-
„ pareant nigra, tanto magis, ſi vita ac-
„ ceſſerit ſedentaria. Signa ejusmodi cor-
„ ruptionis internæ ſunt plenaria appetitus
„ et virium proſtratio, ſomnus nunquam

Digitized by Google

„ reficiens, facies livida plumbea, carnes „ flaccidæ, conatus ad vomendum, et col- „ liquativus ſudor. In noſtro notatu in pri- „ mis dignum, quod ab unica exigua pur- „ gantis doſi incompeſcibilis alvi fluxus in- „ ductus; neque tamen effectus hic tam „ purgantis virtuti, quam potius inteſtino- „ rum inflammationi et humorum acredini „ tribuendus. Caveat igitur medicus circum- „ ſpectus, ne ubi motu inteſtino continuo „ vires conſumptæ et maſſa ſanguinis recre- „ mentitiis humoribus gravis, quidpiam dra- „ ſtici purgantis præbeat, et perverſa in- „ currat judicia„. Similem quoque caſum videre contigit J. P. LOTICHIO (r) conſulto a Belga 40 annorum, febre hectica cum urina ſanis ſimili, rubore genarum, interno æſtu, anorexia, pulſu hectico, tuſſi, totiusque corporis debilitate, laborante; qui poſt idonea remedia dies aliquot uſurpata catharticum ac phlebotomiam ab eodem efflagitans cum impetrare non poſſet, clam alium conſuluit, a quo hauſtum catharticum valentiorem nactus ad

(r) Obſ. med. L. 1. C. 2. obſ. 5.

Digitized by Google

vicies dejecit, ac ſæpius etiam poſtridie: unde vires adeo fractæ, ut qui ante obambularat, jam decumbere cogeretur. Accerſitus inde tertius medicus ægro emaciato ac debili ſanguinem demi jubet. Quo facto homo ad incitas redactus, vix ſpirans, ſubmiſſaque voce locutus, non diu poſt vivere deſiit. Ab his etiam non multum abludit obſervatio J. J. SCHEUCHZERI (*s*). Quod ſi itaque cathartica in non dum conſummata hectica tantum obfuerunt, eo celerior ab iis pernicies in 3° morbi gradu emergat, oportet; cujusmodi caſum ZACUTUS (*t*) obſervavit in Anglo quodam gracili et raræ texturæ, ad iram proniſſimo, cui febris continens bilioſa æſtate oborta et ad omnia rebellis, ubi cito in hecticam degeneraſſet, maciem tabemque attulit. Hac quoque ad interna externaque refrigerantia et humectantia quæque adhibita rebelli perſtante, et ne ab aſinino quidem lacte magnopere proficiente ægro, accitus ſenior medicus cathartica valentiora ſæpius exhibuit; a queis

(*s*) Act. nat. cur. Vol. 2. obſ. 41.

(*t*) l. c. L. 3. obſ. 148.

Digitized by Google

æger colliquante fluxu inducto tabefactus tandem e vivis discessit. Haud tamen propterea ita sunt reformidanda cathartica, ut magna macie ac debilitate præsente nunquam omnino tangenda esse quis arbitretur; enim vero hæc ipsa prudenter exhibita quandoque unicum sunt adversus hecticam, si mesenterii infarctui a prava diæta debetur, præsidium. Duo hujus commatis exempla notatu dignissima E. F. GEBAUER apud BÜCHNERUM (*u*) suppeditat. Laborabat nempe puella octennis ex infarctu mesenterii febre hectica cum anorexia, sudoribus assiduis colliquativis, tussi convulsiva, ossea pene macie, ac tanta debilitate, ut pedibus insistere nequiret. Aderat simul oculi dextri inflammatio, remediis empyricis irritata potius, ne dum mitigata, cum comite sibi febre: qui duplex morbus diuturnas causavit vigilias debilitantes. Hocce igitur in casu cum pessima puellæ diæta, mesenterii obstructio, et ophthalmia catharsin exposcerent; minimæ tamen exhausto jam in corpore vires vetare eandem videbantur: da-

tum

(*u*) l. c. A. 1730 April. Cl. 4. art. 12. p. 1025.

Digitized by Google

tum nihilo minus 28a Martii blandum vegetabile catharticum per epicraſin, cujus pro meliori ſucceſſu præſcripta ſimul MRa ex abſorbentibus, reſolventibusque in idoneis aquis ad lentos humores incidendos; injectumque porro quotidie enema emolliens ac nervinum; quod etſi ſemper vires ad tempus minueret, eas rurſus MRa cardiaca data erigebat. Evacuata ſic fœtidiſſima ſaburra, ſuſtentatisque viribus puella morbum ſic ſatis ferebat. Idcirco die 4a Aprilis datæ ſyrupi cichor. c. rheo ʒij aqua fœniculi dilutæ cum ʒii dulc. gr. ij alvum ter copioſe moverunt cum euphoria. Inde exhibita MRa ex elix. balſ. HOFFM. eſſentia centaur. min. cort. aur. ter de die, intermediis autem horis potio pectoralis reſolvens cum ſyrupo rhabarbari ad alvum aſſiduo apertam tenendam ſine enemate, ut quod propter inſecutam ſemper debilitatem renuebatur amplius. Ab his colliquativi ſudores minuebantur, et ægra rurſus cibi aliquid capere cœpit; vigilandumque nunc erat, ne pro more priſtino nimium nutriretur; ſiquidem abſente medico ſæpenumero parentes in 5 aut 6 cochlearibus juris ſacchari ʒij præbuerint. Continuatis vero ita

Digitized by Google

ad 14 uſque Aprilis analepticis et blandis abſterſivis cereviſiæ hactenus conceſſæ in locum ſufficiebatur modo decoctum C. C. cum cichor. ſilv. cœptaque dari emulſio ex idoneis aquis, cryſt. mont. nitr. depur. et ſyr. cichor. c. rheo parata, cui identidem interpoſitus uſus MRæ ſtomach. amaræ. Die 22ª April. exhibitæ paſſular. laxat. ℥vj alvum 5 vel 6 vicibus ſine torminibus moverunt. Abhinc in 6 dies præter MRam amaram triſenetum e pectoralibus, balſamicis, et antiſpaſmodicis datum anacatharſin muci metaſtatice ad pectus congeſti procuravit, ad quam promovendam, cum æſtus febrilis jam remiſerit, MRæ ſtomachicæ additum elix. pectorale WEDELII et propr. ſine acido. Die 29ª denuo enema conſultum, et in uſu abſorbentium, pectoralium, reſolventium, inter quæ ☿ dulcis maxime erat proficuus, potionis forma præſcriptorum ſedulo pergebatur. Febre in dies magis conquieſcente tuſſi convulſivæ jam habituali cum fructu nunc opponebantur ſæpius pediluvia et blandiſſima ſopientia, præſertim gummi Arab. reſolventibus junctum in electuario, et continuatum. Die 14ª Junii valentius cathartico datum, et recuperatis non parum vi-

Digitized by Google

ribus die 20a iteratum, continuataque priſtina ſtomachica amara et reſolventia. Tandem 8a Julii ultimum exhibitum catharticum, indeque imperata exacta diæta curationem abſolvit. Hac adhuc durante oculi inflammatio imperito tonſori a patre commiſſa, perperamque tractata, in ſuppurationem abiens oculum ac viſum peſſumdedit. Multo etiam plus admirationis alteri ejusdem (*x*) ineſt caſui: puer 5 annum agens, diuque jam valetudinarius, ex infarctu meſenterii febre depaſcente decumbebat cum ſudoribus et alvo colliquativa, et ſtertore pectoris a ſputis non amplius egerendis. Fruſtra variis jam multo ante tentatis accitus demum Auctor cum puerum pene morientem reperiſſet, nil niſi calorem externum ſvaſit, et MRam refocillantem præſcripſit. Hujus in locum pharmacopœus per errorem pilulas puero miſit catharticas, viro ſano robuſtoque ab Auctore eodem tempore hunc in modum præſcriptas:

(*x*) Ibid. A. 1729 Jul. cl. 4. art. 8. pag. 455.

Digitized by Google

℞. Extr. trifol. fibr. ʒß.
Troch. alhand.
Reſ. jalapp.
☿ dulc. aa. gr. iij
Nitri fixi gr. ij
Elix propr. PARAC. ſine acido
Olei aniſi aa q. ſ. M. F. pilul. No xvj.
Harum No viij veſperi e præſcripto ſumptis puer quinquies affatim dejecit cum euphoria; poſteroque mane reliquæ viij datæ rurſus 5 aut 6 dejectiones muci uberrimi cauſarunt, majore iterum cum euphoria: namque puer alacrior inde factus, ſtertorque pectoris remiſit. Felici errore ejusque ſucceſſu cognito ſudores colliquativi deinceps nitroſis ac tonicis compeſcebantur, uſu amarorum revocata appetentia, crevere vires, puerque morti jam ante devotus præter ſpem ex integro convaluit.

§. 45.

Agaricus fungus e catharticorum claſſe ſingularem hic meretur locum, omnique pretio major eſt ad ſudores colliquativos compeſcendos, refractiore nempe doſi, quam ut alvum ciere queat, exhibitus. Videtur tunc

Digitized by Google

molimina tantum ad purgandum citra fluxum exerere; quæ tamen humores ad inteſtina alliciendo eorum ad cutanea vaſa impetum interturbant, ſudoresque dictos compeſcunt: qua de re „audiamus, inquit A. HAEN (y), „ hiſtoriam ſequentem. A. 1765 die 26 Aug. „ monachus convenit me, qui elapſo ab „ inde biennio a neglecta pleuroperipnev„ monia in tuſſim ac hæmoptoen inciderat. „ Poſt multa auxilia pectori dicata, poſt „ aquas Selteranas ruſticano in aere epotas „ in ſupremam debilitatem incidit, noctur„ nisque ſuperioris corporis emaciatus eſt „ ſudoribus. Cortex Peruvianus haud exi„ guam quidem emendationem attulit; hye„ me vero inſequente rediit continua re„ mittens febris cum ſumme debilitante „ ſudore. Et hac quidem vice cortex fe„ brim multum moderabatur, minime vero, „ quem ad modum prius, ſudorem. Perni„ cioſo hoc ſudore . . . fere pereunti ami„ cus narrat, certaque fide aſſeverat, plu„ res hectico ſudore pereuntes muliercula „ agarici fruſtulum quotidie exhibente ſe

(y) Rat. med. P. 12. C. 6. §. 6.

„ curatos ſalutaſſe: quo ille audito, cum
„ curtam ſuorum medicorum ſupellectilem
„ eſſe intelligeret, protinus ad agarici pau-
„ xillum confugit, pepulitque brevi ſudo-
„ rem. At vero pulſis ſudoribus dyſente-
„ ria ſucceſſit. Dubitatum fuit, utrum colli-
„ quans quoque illa loco colliqvantis eſſet
„ ſudoris, an vero aut ab agarico aut ab
„ imprudenti gelidæ hauſtu proficiſceretur?
„ Poſteriori cauſæ tandem tribuebatur, ſal-
„ tem poſtquam continuato deinceps agarici
„ pauxillo venter minime moveretur. Dy-
„ ſenteriam autem hanc a colliqvante ſtatu
„ corporis, ut prius ſudorem, proficiſci,
„ non eſt (opinor), quod dubitemus; ſed
„ et a poſteriore id patuit, ſudore a ceſ-
„ ſante dyſenteria redeunte. Dyſenteria
„ autem pertinax fuerat, nec auxiliis me-
„ dicis, ſed lacti cum omento animali pro-
„ be cocto, ſemel aſſumpto non nihil, ite-
„ rato epoto integre ceſſerat. Superata dy-
„ ſenteria ſputa purulenta prodierunt, eo
„ perſeverante, qui ab ipſa pleuroperipnev-
„ monia vexaverat, lateris dextri dolore,
„ in quod latus, quemadmodum neque in
„ dorſum, cubare non poterat. At vero
„ cum ſputis et ſudor rediit, quem iterum

Digitized by Google

„ repetito quotidie agarici tantillo ſupera-
„ vit. Svaſi, ut lacte caprino cum herba-
„ rum traumaticarum infuſo et ſucco aliquan-
„ tisper uteretur, antequam ad alia proce-
„ deremus. Rediit nunciaturus curam hanc
„ ſpatio 5 hebdomadum protractam multum
„ profuiſſe, agarico vero, cum ſudores re-
„ ditum ſæpe minarentur, ſe eguiſſe perpe-
„ tuo. Defuit poſtmodum, ut corticis eli-
„ xirisve explorare in illo virtutes nequi-
„ verim „. Mihi ipſi poſtmodum ſæpius ſe ſe præbuit occaſio vires agarici adverſus colliquantes phthiſicorum ſudores experiundi, dum militibus in noſocomio decumbentibus medicinam facerem: dabam agarici in ℈e gr. x cum ſacchari ℈j ſub noctem, et auſpicato nocturnos illos ſudores citra ullam alvinam evacuationem inde ſubſequtam compeſcebam.

Digitized by Google

CAPUT III.

APERIENTIA.

§. 46.

APERIENTIA haud immerito tertium in hecticarum febrium curatione locum tenent. Nam cum, ut ſuperius (z) vidimus, haud raro pertinaces viſcerum variorum infarctus, et ſolennes alias vacuationes humorum quacunque de cauſa interceptæ, his febribus occaſionem præbeant; clarum eſt, eas haud citius deſituras, quam infarctus hi fuerint expugnati, vel evacuationes interceptæ denuo revocatæ. Abſterſis itaque primarum viarum, ſi quæ adfuerint, per emetica vel cathartica ſordibus continuo ad aperientium remediorum uſum eſt transeundum. Ne autem remediorum copia obruatur æger, ejusmodi ſemper aperientia, quoad ejus fieri poſſit, ſunt deligenda, quæ ſimul facultatem habeant aridum corpus humectandi, æſtum-

(z) Vide §§. 22. c) & 29 b).

Digitized by Google

que febrilem temperandi. Pro varietate itaque vel infarctus vel humoris evacuandi retenti varia quoque aperientia in usum vocare oportet. Præcipua vero sunt, quæ sequuntur.

§. 47.

1. *Humectantia* aperiente simul virtute prædita vel maxime habentur

a) *Aqua pura*, cujus præclaram in hectica efficaciam J. BURGIUS (*a*) egregio exemplo commonstrat: „cerdo nostras ali„quot supra 50 annos natus, constitutionis „integræ, compotationibus inter sodales li„cet non nimiis, tanquam requiei a labo„ribus asperioribus, deditus, studens, æsta„te A. 1688 se lassitudini majori obnoxium „esse sentit, quæ sensim sensimque ingra„vescens non solum omnem appetitum sed „et vires dejicit, tandemque tussis accedens „cum asthmate præcordiali ipsum consumit, „et lecto affigit. Hac sollicitudine pressus „septimanas 20 inter variarum medelarum

(*a*) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 9. obs 158.

Digitized by Google

„ a medicis et empyricis convaſationes trans-
„ igit, tandemque 31ª Januar. 1689 meum
„ conſilium expetit. Præter ea ſymptoma-
„ ta, quæ jam tum enumeravi, adhuc erant
„ ſenſus ebullientium humorum in præcor-
„ diis, ſomnus inquietus, et a tuſſi vehe-
„ mentiori ſæpe interruptus, æſtus in volis
„ manuum et præcipue in pedum ſoleis in-
„ tenſus, ut vix eos ſub lecto continere
„ poſſet, aſthma, febris a meridie lenta in-
„ vadens et ad $\frac{1}{2}$ noctem continuans, quo-
„ ties parum dormiret, proſtrationem vi-
„ rium ſudoresque magnos ſentiebat cum
„ nauſea omnis cibi, neque potus appeten-
„ tia, urinæ variabant, et licet eſſent colo-
„ ris ſaturatioris, tamen modo turbatæ co-
„ pioſum ſedimentum deponebant, modo lu-
„ cidæ integrum diem manebant. Viſis his
„ talibus per dies aliquot digeſtiva propina-
„ vi, et cum præter alias indicationes etiam
„ vomituritionem adverterem, collatasque ad
„ hæc vires magis obrutas quam exhauſtas
„ conjicerem, vomitorio hoſtem aggreſſus
„ ſum, et magnam viſcidorum biliosorumque
„ excrementorum copiam everri: hinc per
„ ſtomachico-pectoralia, abſorbentia febri-
„ lia, etiam in acciſa doſi pro re nata mix-

Digitized by Google

„ tis anodynis, potiorum ſymptomatum ever-
„ ſionem molitus ſum. His ita per binas
„ ſeptimanas continuatis cum parum me pro-
„ ficere viderem, conſtanti in eodem tenore
„ morbo, licet non in pejus mutato, præ-
„ terea ſupprimi urinam quereretur, quam-
„ vis ſine doſore aut ſtranguria, et de ebul-
„ litione magna humorum cum metu ſuffoca-
„ tionis æger, denuo propinavi vomitorio-
„ laxans, tantumque effeci, ut ad dies 4
„ parum comederet, quod quidem hactenus
„ per $\frac{1}{2}$ annum non fecerat, cum aliqua ſpe
„ ſanitatis. Cum vero urinas viderem ſem-
„ per adeo turbidas, ut manerent turbidæ,
„ nunquam omne deponerent ſedimentum,
„ parum inde ſolaminis mihi natum, et di-
„ ctum factum, omnia in pejus ruere, pro-
„ ſterni etiam appetitum, licet non obruiſſet
„ ventriculum, ad hæc de dolore et debili-
„ tate capitis nunquam ſolito conquerere-
„ tur, lipothymiis, &c. conjeci, vinculum
„ mixtionis in M. S. et reliquis humoribus
„ eſſe ſolutum; quod dum remedio conve-
„ nienti laboro reſarcire, commode incidit
„ aquæ potus, cui et juvenis rure natus
„ aſſveverat, et in quo, ubi remedium pro-
„ ponerem, aliis in morbis ſalutis inve-

Digitized by Google

„ niſſe anchoram mihi retulit, jubeo expe-
„ riri parca doſi, plus conceſſurus, ſi vide-
„ ro non nocituram. Paret, bene dormit,
„ æſtus infringitur, urinæ mutantur quoti-
„ die in melius, et clareſcunt: addo poſtea
„ gelatinas ZWELFERI, &c. Æger con-
„ valeſcit intra 7. 8. ſeptimanas. Cum vero
„ paulo poſt curis domeſticis intentus faſti-
„ dium iramque ex re male curata conci-
„ peret, in profuſiſſimam hæmoptyſin inci,
„ dit, a qua per aliquot dies continuante
„ e vivis tandem eſt ſublatus „. Secundus hic jam hecticus eſt, qui curata febre, velut ille HOFFMANNI (*b*), (forte quod ambo ad compotationes redierint) tandem ex hæmoptoe ſupremum diem obiit.

b) *Aquæ ſoteriæ*, aqua ſimplici multo efficaciores, dum ſimul ſalibus aliisve aperientibus, imprægnatæ humorum lentorem attenuant, ſicque infarctus tollunt, et vacuationes ſolennes ſuppreſſas reſtituunt, et quæ a ſanitate aliena in maſſa humorum offendunt, diluta per alvum lotiumque evehunt, &c. Nervoſe pro more ſuo de illa.

(*b*) Vide §. 26 b).

Digitized by Google

rum utilitate loquitur F. HOFFMANNUS (c): „ quando in plethorico-cacochymicis, cachecticis et ſcorbuticis a menſium vel „ hæmorrhoidum obſtructione, nimia voracitate, mala diæta, potuum ſpirituoſorum „ abuſu, corporisque refrigeratione lentescentes hæ febres oboriuntur, . . . uſurpanda eâ, quæ viſcera ſanguinea, hepar, „ lienem, meſenterium, vaſa et glandulas „ ab obſtructione liberant, et expeditum „ ſanguinis et humorum per abdominis et „ maxime meſenterii vaſa commeatum procurant. Hunc in finem ſpectatæ virtutis „ aquarum mineralium tam acidularium quam „ thermalium uſus. Ipſe ego longo uſu et „ experientia edoctus ſcribo, quod ad eradicandos ejusmodi lentos morbos non certius deprehenderim auxilium fontibus medicatis . . . Præ reliquis autem hoc nomine ſalubritatis laudem ferunt ex thermis Emſenſes et Wisbadenſes, ex acidulis Schwalbacenſes et Selteranæ. Opus „ tamen eſt, ut debito ordine, tempore ac „ doſi uſurpentur, junctis ſimul idoneis re-

(c) Med. rat. ſyſt. 1. c. curat. §. 3.

Digitized by Google

„ mediis, quæ digeſtionem juvant, ſpurcis cor-
„ poris ſuccis temperatam balſamicam indolem
„ reddunt, et ſordium e corpore egreſſum
„ ſecundant. Ubi autem ſalubrium harum
„ aquarum copia non datur, ſurroganda alia
„ ſimilis virtutis præſidia. Ego quidem loco
„ illarum ſæpe cum fructu uſus ſum de-
„ cocto ex juſculo carnis vitulinæ tenui cum
„ radice cichorei, fœniculi, aſparagi, gra-
„ minis, taraxaci, et ſcorzoneræ, ita qui-
„ dem, ut quotidie ejus menſuram per ali-
„ quot hebdomades bibere juſſerim, et ante
„ potum aſſumere medicamentum martiale
„ probe elaboratum, cujus generis ſuggerit
„ TR[a] ♂[tis] cum ſucco pomorum Borsdor-
„ fianorum, cydoniorum, nec non auran-
„ tiorum, item TR[a] ♂[tis] ZWELFERI ex
„ vitriolo martis et terra fol. ♀[ri] cum ☉
„ extracta, nec non TR[a] flor. ſalis ammon.
„ martialium, qui cum hæmatite parantur, ſi
„ cum ☉ puriſſimo vel melius corticibus
„ aurantiorum imbuto in TR[am] aurei colo-
„ ris, ſaporis gratiſſimi, virtutis præſtan-
„ tiſſimæ, extrahantur. Sed neceſſarium eſt,
„ ut tum ſub horum tum aquarum medicata-
„ rum uſu exquiſita vivendi ratio et ſalubris
„ diæta accedat, ſimulque corporis motus

Digitized by Google

„ imperetur „. Et vero ſenſerat harum aquarum efficaciam ejus (*d*) juvenis helluo, præſertim cum lacte uſurpatarum, cum quo ſaluberrime eas exhiberi numeroſiſſimis obſervatis Auctor (*e*) probat, ac primas omnino defert (*f*) Selteranis aſinino lacte remixtis: „ et cum in gonorrhœa (inquit) „ tam maligna quam benigna non raro ſimul „ ipſi ureteres ab inquinamento venereo in „ conſenſum trahi, graviterque exedi ſolent, „ ut urinæ inde difficilis oriatur emiſſio, „ ego pariter tali in caſu ſæpe laudatum „ noſtrum remedium optimo cum ſucceſſu „ præſcripſi; cum e contrario reliquæ mi„ nerales aquæ omnes tam interne quam „ externe adhibitæ, maxime vero quæ for„ titer alvum movent, et aquam graviorem „ vehunt, malum exacerbant „ (g). Duo hanc in rem illuſtria exempla dat s. E. E. COHAUSEN (*h*), viri

(*d*) Vide hiſt. 5.

(*e*) Diſs. de connub. aquar. mineral. cum lacte longe ſaluberrimo §. 14. ſqq. Opp. T. 5. p. m. 225. ſq.

(*f*) Diſs. de fontis Selterani virt. et præſt. C. 2. §. 11. 12. Opp. T. 5. p. m. 237.

(*g*) Ibidem §. 14.

(*h*) Act. nat. cur. Vol. 10. obſ. 85.

Digitized by Google

juvenis unum, alterum matronæ. Prior 30 annis major ex insatiabili scortorum desiderio varia syphilitica mala nactus, perperamque simul tractatus, universa demum humorum massa infecta ad pessimum tandem statum redactus est; cui cum post varia cassa tentamina postremo ☿ii dulcis usu ptyalismus motus periculosiora symptomata mitigasset, aliqua tamen ceu intacta reliquit, quæ inter continua fuit cephalæa, omnem somnum arcens, sensusque hebetans, et ad remedia quæque contumax. Consultus demum *Auctor*, cum æger plethoricus, satis carnosus, robustusque esset, præmissa in pede larga Væ Se, subjunctoque leni hydragogo, Guajaci et sarsaparillæ decoctum saturatum sub diaphoretico regimine tenuique diæta exhibere cœpit, in quo ante prandium ac cœnam quotidie justam TRæ metallorum dosin præbuit, secundarium autem decoctum pro potu ordinario concessit, serio monens, ut motos inde sudores in lecto probe foveret. Ad alvum vero sub tali regimine segniorem subducendam cassiæ pulpam cum ☿o dulci interdum dedit, injecto etiam aliquoties enemate. Æger dicto per omnia audiens

cuncta

cuncta in aliquot hebdomades ad amuſſim ſervabat, lapſisque ita non nullis diebus floridior faciei redibat color, ejus rubini deſquammabantur, exanthematica frontis corona ruborque naſi diſparebat; verum ſimul carnes flacceſcebant, et habitus corporis extenuabatur, ægerque cetera vegetus ac robuſtus debilitari cœpit. Parvi hæc primum facta; quod ſymptomata morbi miteſcerent in dies, et ſæva illa præ primis cephalæa ſenſim remittens tandem prorſus abiret. Interea tamen macies vigente licet appetitu continenter crevit cum p. n. calore, ſiccitate oris, aſſidua ſiti, pulſu celeriori, lotio rubro, et colliquativis ſudoribus nocturnis, ut febris hectica eſſet manifeſta. Ad hanc ergo profligandam juſſus eſt æger in 6 hebdomades aquæ Selteranæ partes ij cum una lactis caprilli quovis mane in lecto a dimidia menſura ſenſim ad ſeſquimenſuram uſque aſcendendo haurire; veſpere quolibet datus ♁ e lap. 69, nitro, matre perl. et magneſia alba ad febrilem æſtum temperandum; ſtomacho proſpiciebatur juſta doſi elixirii ſtomach. cum anat. parte animæ rhabarbari ante prandium ac cœnam data. Horum ſedulo uſu æger intra ſeſquimenſem

Digitized by Google

prorſus convaluit; atque abhinc per aliquot menſes morſulis KUNCKELII (*i*) ad miasmatis venerei reliquias penitus abolendas uſurpatis priſtinum recuperavit habitum. Alter caſus ad matronam 36 annorum pertinet, quæ militi venerea lue affecto nubens paucis poſt diebus leucorrhœam virulentam adepta eſt cum pallore, vulvæ eroſione, laſſitudine et gravitate corporis, oſteocopis artuum doloribus, noctu ingraveſcentibus, ſiccaque ſcabie paſſim emergente, &c. Malis his initio pro ſcorbuto habitis ac ſine levamine tractatis ægra peritiorem conſulens medicum, intellecta morbi indole, ☿li ptyaliſmo ſe patienter ſubjecit; quo demum remittente ſyphilis debellata quidem credebatur, at vehemens cardialgia ſpaſmodica ſucceſſit non ſine metu aut ſuffocationis aut convulſionum, nec anodynis, antiſpasmodicis, nec epithematibus enematisve lenienda, donec olei amygd. rec. preſſi ℥jv e juſculo hauſtis illico remiſit; qua doſi dein quotidie doloris reverſuri molimina fuere compeſcenda, quoad omnis recidivæ metus evanuiſſet. Jamque

(*i*) Laborat. chym. P. 3. C. 32.

Digitized by Google

tum res in vado viſæ, cum ecce ingens exſeruit ſe ſe virium proſtratio cum totius corporis extenuatione, febricula lenta, ſiti, oris ſiccitate, urina rubra et quandoque oleoſa pinguedine tecta; redibant aliquæ ſcabiei per corpus puſtulæ, matutini ſudores colliquativi corpus viresque magis exhauriebant, neque etiam continui artuum dolores multas horas eam orthoſtadiam eſſe patiebantur. Innumera denuo remedia, ſed in caſſum, adhibita. Demum accitus Auctor cum appetentiam aliquatenus adhuc ſupereſſe videret, ſvaſit in aliquot hebdomadas aquæ Selteranæ cum lacte caprillo, ut priori ægro, potum addito ad præcavendum coagulum ſacchari pauxillo, imperataque corticum aurantiorum conditorum ſubinde inter potandum maſticatione. Stomachi cauſa præbebatur jam ♁ ſtomachicus BIRCKMANNI jam elix. balſam. HOFFMANNI; ructibus vero acidis oppoſitæ guttæ aliquot liquoris nitri fixi; et ſegnior alvus vel enemate emolliente vel rheo movebatur. His intra 10 hebdomades tantum eſt profectum, ut ægrota æſtu interno remittente, ſiti et ſiccitate oris depulſa, urinaque ſanæ ſimili facta, eum recuperarit vigorem, ut lecto domoque prodire et ſua

Digitized by Google

procurare negotia poſſet. Nihilo tamen minus circa æquinoctium vernum repullularunt ſymptomata quædam dolorifica ac prurigino ſa cum imminentis tabis prodromis; verum reſumpta mox priſtina medendi methodus, ac deinceps quotannis per trimeſtre adhibita firmam ei conciliavit valetudinem. Ceterum de vulgari harum aquarum præſertim cum lacte in hecticis uſu exempla paſſim reperire eſt. Sic F. HOFFMANNUS (*k*) „ virgini generoſæ quadragenaria jam majo„ ri, quæ aliquoties vehementi catarrhali „ febre, admiſſo incautius frigore, labora„ rat, nec amplius cibum nec potum pro„ pter ventriculi imbecillitatem ferre pote„ rat, ac inter continuas fere anxietates „ lento contabeſcebat calore, lac aſininum „ Selterano fonti nuptum per 2 menſes „ uſurpandum ſvaſit, quo priſtinum virium „ robur, appetentiam naturalem, faciliorem „ digeſtionem, ſomnum reficientem, et ſa„ num ac pleniorem corporis habitum re„ cuperavit „.

(*k*) Diſſ. de connub. aquar. mineral. cum lacte §. 14. Opp. l. c. p. m. 225.

Digitized by Google

c) *Paſſularum ſuccus* coctione aut maceratione extractus impenſe hic ab non nullis commendatur, præſertim in hectica ab infarctu hepatis oriunda. L. RIVERIUS (*l*) huncce eas decoquendi præſcribit modum: „ ℞. paſſularum mundat. ℔j. temperentur „ in aqua endiv. bugloſſ. et roſar. et abluantur diligentiſſime, ut vis laxandi amo„ veatur. Poſtea in iisdem aquis decoquantur leviter, addito pauco ſaccharo ad perfe„ ctionem, cum quo ſerventur uſui, iisque „ utatur mane et poſt ſingulos paſtus „. Multum huic vegetabili tribuit D. CRÜGER (*m*), cujus efficaciam ſequenti in caſu eſt expertus: „ vir 57 annorum catarrho „ atque tuſſi vehementi laborabat, exiſtimans hydromel vinoſum eſſe ignem pituitam atque catarrhum conſumentem, per „ aliquot dies huic potui largius indulſit, „ imo pridie invaſionis morbi tres libras „ ſucceſſive per diem illum hauſit: hinc noctu rigore cum vomitu ſuccedente febre

(*l*) Prax. med. L. 17. C. 3. p. m. 504.
(*m*) Miſc. nat. cur. dec. 3. ann. 3. obſ. 150.

Digitized by Google

„ continua correptus est ; 3° die pleuritis
„ in dextro latere se manifestavit. Inter
„ cetera ♁ pleuriticus TIMAEI bis in die
„ ad ʒj usurpatus contulit. Hoc morbo fer-
„ me superato 8° die periculosius malum
„ animadvertit, nempe dolorem in dextro
„ hypochondrio, præsertim cum altius re-
„ spiraret, cum pondere molesto, hepar in-
„ super instar prunæ candentis calebat, etsi
„ quidem non inflammatio, maximum tamen
„ incendium aderat: hinc hepar immensum
„ et tumidum judicabatur ex incendio, fe-
„ bris hectica accedebat, ita ut volæ manus
„ exsiccarentur, ut vix distendi potuerint,
„ suræ et musculi glutei natium plane con-
„ sumebantur. Hinc . . . ordinavi;

℞. Passularum
Zibebar, aa ℥ij
Prun. Brigniolens. No 5. coqv. in
Aquæ com. q. s. Colat. ℔j.

„ Residuum contunde in mortario, affunde
„ colaturam et exprime. Tamdiu autem co-
„ quendum, ut passulæ et zibebæ intume-
„ scant . . . Huic decocto auxiliares manus
„ præbuit sequens emulsio;

℞. Hordei et
Passular. aa M. j. coqv. in

Aqua, ut paſſulæ intumeſcant. Hujus colaturæ recipe ℔ ij.

Amygd. dulc. excort. ʒij. F. l. a. Emulſio.

„ . . . Regimen autem tale fuit: mane hora 6ª hauſit ʒvj decocti paſſularum ſupra „ deſcripti; hora 8ª comedit lac amygdalorum dulcium deſcriptum cum pane triticeo, quantum placet; initio tantum ʒj „ panis ſumpſit propter virtutem debilem, „ progreſſu temporis ʒij, &c. Hora 10ª decoctum paſſularum, hora 12ª lac illud „ amygd. dulc. cum pane triticeo, hora „ 4ª decoctum paſſularum, hora 6ª veſpertina iterum lac amygd. dulc. cum pane „ triticeo. Hac ratione per 4 ſeptimanas „ continuavit; et ſic ſenſim febris hectica „ remiſit, tumor, dolor, et calor hepatis „ evanuit „. Huc etiam pertinet obſervatio G. C. SCHELHAMMERI (*n*): „ vir 40 „ annorum poſtquam injuriam ſibi factam a „ magiſtratu intemperantius ferret, in ſummam imbecillitatem virium incidit cum „ febricula, quæ cum ipſe in hecticam „ pronus eſſet, et ea jam olim laboraſſet,

(*n*) Ibidem ann. 9. obſ. 83.

„ [illegible] correptus est; 3° die pleuritis
„ [illegible] latere se manifestavit. Inter
„ [illegible] pleuriticus TIMAEI bis in die
„ ad ℥j usurpatus contulit. Hoc morbo fer-
„ me superato 8° die periculosius malum
„ animadvertit, nempe dolorem in dextro
„ hypochondrio, præsertim cum altius re-
„ spiraret, cum pondere molesto, hepar in-
„ super instar prunæ candentis calebat, etsi
„ quidem non inflammatio, maximum tamen
„ incendium aderat: hinc hepar immensum
„ et tumidum judicabatur ex incendio, fe-
„ bris hectica accedebat, ita ut volæ manus
„ exsiccarentur, ut vix distendi potuerint,
„ suræ et musculi glutei natium plane con-
„ sumebantur. Hinc . . . ordinavi;

℞. Passularum
Zibebar, aa ℥ij
Prun. Brigniolens. No 5. coqv.
Aquæ com. q. s. Colat. ℔j.

„ Residuum contunde in mortari[illegible]
„ colaturam et exprime. Tam[illegible]
„ quendum, ut passulæ et zibe[illegible]
„ scant[illegible] Huic decocto au[illegible]
„ p[illegible]quens em[illegible]
[illegible]
[illegible]ular[illegible]a

Aqua, ut pa[illegible]
colatur[illegible]
Amygd. [illegible]
„ . . . Regimen [illegible]
„ ra 6a hausit [illegible]
„ descripti; [illegible]
„ rum dulcium [illegible] n
„ ceo, quantum [illegible] vis
„ panis sumpsit [illegible] que
„ progressu [illegible] oratæ
„ coctum [illegible] c. Ab
„ amygd. [illegible] habitum
„ 4a [illegible] m admira-
„ tina [illegible] curationem
„ triticeo. [illegible] passulis ipsis
„ [illegible] quidem iis tan-
„ [illegible] NUS (p), ut illa-
„ [illegible] eralibus posse suffici
„ tio G. C. SC[illegible] ulis autem verba M.
„ [illegible] præterire non est vi-
„ magistram [illegible] passulæ Corinthiacæ (inquit
„ mam [illegible] rquam egregiæ, nempe ut
„ febricul[illegible]
„ pro[illegible]

[illegible] med. ann. 5. April. 29. p. 422.
[illegible] de §. 47 b).
[illegible] Colleg. pract. l. c. p. 315.

„ continua ac mitis quidem eſt, brevi tamen
„ tempore carnes omnes depaſcit, homi-
„ nemque in magnum conjicit pericu-
„ lum. Ubi aliquid cibi capit, ſtatim calor
„ exaſperatur, ita ut appetitu licet in-
„ tegro et ſtimulante vix tamen audeat
„ aſſumere quidquam tale, debilis eſt,
„ pulſus manifeſto frequens et durus;
„ urina interim nihil minus quam febrim
„ oſtendit, citrina, pellucida, tenuis, pau-
„ cis ſanorum ſimillima: quod plane contra
„ omnem experientiam et rationem contige-
„ rit, . . . inter naturæ miracula referen-
„ dum cenſebam. In hoc etiam id mirum,
„ quod et appetitus eſſet conſtans contra
„ omnem febrium certamque conſvetudinem,
„ et ſomnum capere non poſſet, ne laſſus
„ quidem, nec opiatis juvabatur, ſed ſimul
„ ac firmabat oculos nullo etiam opio uſus,
„ ſtatim in phantaſias et deliramenta coma-
„ toſa incidebat. Hic jam omni cereviſia et
„ juſculis pinguibus omiſſis, decoctis largis
„ hordeaceis cum paſſulis et aliis melius ha-
„ bere cœpit, et in magna exſpectatione ac
„ ſpe eſt poſitus priſtinam valetudinem ſe
„ recuperaturum „. Huc quoque referri pot-

Digitized by Google

eſt V. RIEDLINI (o) juvenis 16 annorum, aliquot ante annis uſque adeo gravem arthritidis inſultum perpeſſus, ut extenuatis admodum carnibus facile ab ancilla geſtari ac de loco in locum transferri potuerit. Svadebatur crebrior uſus cichorii et ſcorzoneræ, tum vini potus majoribus paſſulis non mediocri copia injectis alterati, et quovis mane ova duo ſorbilia conceſſa, ceterisque cibis fere quibusvis radices ante memoratæ admiſtæ, quin conditæ etiam eſui datæ. Ab his aliquamdiu ſedulo uſurpatis æger habitum brevi recuperavit non ſine aliorum admiratione. Multum utique hic ad curationem radices ſcorzoneræ et cichorii paſſulis ipſis momenti addiderint; quandoquidem iis tantum tribuit F. HOFFMANNUS (p), ut illarum decoctum aquis mineralibus poſſe ſuffici ſit expertus. De paſſulis autem verba M. ETTMÜLLERI (q) præterire non eſt viſum: „in ſpecie paſſulæ Corinthiacæ (inquit „ille) ſunt perquam egregiæ, nempe ut

(o) Lin. med. ann. 5. April. 29. p. 422.
(p) Vide §. 47 b).
(q) Colleg. pract. l. c. p. 315.

Digitized by Google

„ alias dicunt, non datur melius hepaticum „ ac melius nutriens, quam rob seu pulpa „ passularum blanda et perquam temperata, „ cujus respectu vulgo calidæ et humidæ di- „ cuntur. Et putarem ego in his perfectam „ curam hecticæ consistere; singulariter enim „ nutriunt, et temperant omnia acria, maxime „ salsa. . . Sic etiam JOEL *in Praxi* mire com- „ mendat passulas ad corpus pinguefaciendum „ et incrassandum; sicut etiam alias in discra- „ sia sanguinis temperanda ac corrigenda, et „ sanguine quasi renovando perquam sunt „ egregiæ. Hinc decoctum passularum cum „ rasura ligni sassafras et radice chinæ, he- „ lenii, &c. hecticis perquam est proficuum. „ Fit etiam ex passulis vinum per fermen- „ tationem admodum elegans instar vini „ Malvatici seu PETRI SIMONIS addendo „ parum sacchari; quod si præparatum fuerit „ cum succo pomorum Borsdorfianorum „ (quod obiter moneo), in malo hypo- „ chondriaco est egregium, forsan etiam in „ hectica „.

§. 48.

2. *Incidentia* lentorem humorum viscera infercientium; at ejusmodi sint oportet, ut

Digitized by Google

motum humorum insigniter non augeant. Hæc illud quoque commodi habent, quod primarum viarum cruditates subigant, febribusque intermittentibus in lentas degenerantibus opitulentur. Præ primis autem hic laudantur

a) *Sal ammoniacus* ejusque spiritus, in illis præsertim hecticis vel lentis febribus, quæ ex intermittentibus vel acutis male curatis aut judicatis ortum trahunt; enim vero tunc, observante M. ETTMÜLLERO (*r*) „ præmisso aut omisso vomitu „ blando utilissimum est sal ammoniacum cum „ antihectico POTERII mistum „ : cujus energiam apud H. F. DELIUM (*s*) quidam juvenis ejusmodi in casu est expertus.

b) *Antihecticum* POTERII, ab inventore suo ita nuncupatum, atque ad hecticam profligandam a multis plurimi factum, quod nil est aliud, quam regulus Jovialis cum triplo nitri pondere in crucibulo detonans, i. e. calx reguli dicti cum nitro fixo, quodque teste F. HOFFMANNO (*t*) „ optime

(*r*) l. c. obs. 5. p. 314.
(*s*) l. c. dec. 5. cas. 6. n. 4. p. 376.
(*t*) Annot. in P. POTERII pharmacop. spagyr. L. 2. C. 18.

Digitized by Google

„ paratur, ſi cum ♃io ſtannum redigatur in
„ calcem cœruleam; nam una uncia ♃ii de-
„ bita calcinatione ſex uncias ſtanni in ♃em
„ redigit, qui cum nitro ſufficienti conver-
„ titur in medicamentum tutiſſimum tempe-
„ rans et diaphoreticum. Quando non rite
„ proceſſeris, ſervat vim emeticam vel etiam
„ laxantem, præſertim ſi acidum ex-
„ ſuperet primis in viis, quod con-
„ grediendo cum calce Jovis ſtimulans ſal
„ evadit in inteſtinorum ſubſtantiam agens„
Myſterioſe (pro more olim chymicorum) con-
fectionem ſui hujus antihectici deſcribit P.
POTERIUS (*u*) „antihecticum (inquiens)
„ fit ex duabus partibus Jovis et una par-
„ te reguli ♃ii, hæc mixta ſimul ter co-
„ quuntur in ficca aqua hermaphroditica „
Quantum jam ad medicas ejus vires, HOFF-
MANNUS (*x*) de chymicis remediis anti-
hecticis agens „antihecticum . . . POTERII
„ (ait), ſi rite . . . paratur, et cum emul-
„ ſionibus datur, non tam noxium eſt, ut
„ quidam putant, ſed ob blandam roboran-

(*u*) l. c. Cent. 3. Cap. 20.
(*x*) Med. rat. ſyſt. l. c. curat. §. 14.

Digitized by Google

„ tem diaphoreticam virtutem utile omni-
„ no . . . Gravis de ſalutari facultate anti-
„ hectici hujus teſtis eſt MURALTUS (y),
„ diſertis verbis . . . ita ſcribens : . . . an-
„ tihecticum POTERII ad demulcendam
„ acritudinem humorum, matricem et ner-
„ vos irritantium mirum quantum valet; idem
„ uterum corroborat; ſæpe ex emaciatis et
„ debilibus quadratos et robuſtos facit „.
Doſin ejus a gr. 10 ad 20 ſtatuit ETTMÜL-
LER (z). Contra ea D. TRILLERUS (a)
„ antihecticum . . . POTERII (inquit) li-
„ cet noviſſime a C. ALSTON Anglo denuo
„ in lucem deſvetam reductum, et forsan
„ ob Jovem, ut ita loquar, indigenam ſeu
„ ſtannum patrium Anglicanum impenſius
„ commendatum tantum abeſt, ut febres he-
„ cticas tollat, ut potius faciat, aut jam fa-
„ ctas augeat; plerumque enim tabidi per-
„ eunt, quos malus hic Juppiter urget „.
Nolim autem ego ſyllabum texere Auctorum
antihecticum hoc ſeu laudantium ſeu vitupe-

(y) l. c.
(z) l. c. p. 315.
(a) Opuſc. med. Vol. 1. P. 1. Diſſ. 6. §. 14. p. 180.

Digitized by Google

rantium; id unum pace multorum dixiſſe licebit, dudum ac ſæpenumero jam explosa eſſe ratiocinia a priori appellata, medicamentorum vires aut afferentia aut repudiantia, ſolasque hic fideles clarorum virorum ac naturæ obſervationes eſſe conſulendas. Harum aliquas in medium afferam, ac primas quidem ipſius P. POTERII. „ Nobilis religioſa (*b*) „ . . . 29 circiter annos nata . . . hectica „ febre cum ſicca tuſſi et laſſitudine totius „ corporis valde oppreſſa aliorum medicorum „ operam 5 menſes penitus deluſerat. Illi „ nos opitulantes ſaccharum roſaceum anti- „ hectico noſtro alteratum bis in die daba- „ mus. Victus fuit plenus et humidus . . . „ Eaque grato hoc remedio ad menſem bis „ in die dato optime convaluit „. Alter (*c*) ſacerdos e S. J. erat, 27 annorum, hectica diu detentus et conſumptus, qui fruſtra ſeſquianno variis uſurpatis tandem uſu ejusdem antihectici cum roſaceo ſaccharo convaluit. Tertius (*d*) denique fuit Princeps Romanus

(*b*) l. c. Cent. 1. Cap. 23.
(*c*) Ibidem Cent. 3. Cap. 83.
(*d*) Ibidem Cap 78.

Digitized by Google

24 annorum, qui e gravi faucium fluxione valetudinarius consultis frustra biennio Romanis medicis ad POTERIUM iter faciens pessima corripiebatur febre: accitus ergo Auctor totum febre marasmode consumptum cum ravi ac faucium ulceribus reperit. Desperato licet bis tamen quotidie præbuit suum antihecticum cum antipyreto, eo cum successu, ut intra 10 dies omni febre cessante æger abhinc appetitum ac vires pristinamque valetudinem sensim receperit; qua decennium gavisus repente deinde obiit. His autem aliorum etiam suffragatur experientia. v. RIEDLINUS (e) narrat anum sexagenariam a 6 vel 7 annis adeo deperisse spiritum frumenti, ut omni pene mane aliquot ejus vitra exhauserit, a qua consvetudine prava ne acutæ quidem febris ante biennium toleratæ periculo avocari potuit, donec paulatim in febrem hecticam incidit corpus vires-que in totum pene depascentem, ut clinica evaserit. Egregie tamen profuere tum antihectica et in primis POTERIANUM illud sub omnimoda a Ωu frumenti per plures dies

(e) l. c. ann. 3. Aug. 28. p. 570.

Digitized by Google

rantium; id unum pace multorum dixiſſe licebit, dudum ac ſæpenumero jam exploſa eſſe ratiocinia a priori appellata, medicamentorum vires aut afferentia aut repudiantia, ſolasque hic fideles clarorum virorum ac naturæ obſervationes eſſe conſulendas. Harum aliquas in medium afferam, ac primas quidem ipſius P. POTERII. „ Nobilis religioſa (*b*) „ . . . 29 circiter annos nata . . . hectica „ febre cum ſicca tuſſi et laſſitudine totius „ corporis valde oppreſſa aliorum medicorum „ operam 5 menſes penitus deluſerat. Illi „ nos opitulantes ſaccharum roſaceum anti- „ hectico noſtro alteratum bis in die daba- „ mus. Victus fuit plenus et humidus . . . „ Eaque grato hoc remedio ad menſem bis „ in die dato optime convaluit „. Alter (*c*) ſacerdos e S. J. erat, 27 annorum, hectica diu detentus et conſumptus, qui fruſtra ſeſquianno variis uſurpatis tandem uſu ejusdem antihectici cum roſaceo ſaccharo convaluit. Tertius (*d*) denique fuit Princeps Romanus

(*b*) l. c. Cent. 1. Cap. 23.
(*c*) Ibidem Cent. 3. Cap. 83.
(*d*) Ibidem Cap 78.

Digitized by Google

24 annorum, qui e gravi faucium fluxione valetudinarius consultis frustra biennio Romanis medicis ad POTERIUM iter faciens pessima corripiebatur febre: accitus ergo Auctor totum febre marasmode consumptum cum ravi ac faucium ulceribus reperit. Desperato licet bis tamen quotidie præbuit suum antihecticum cum antipyreto, eo cum successu, ut intra 10 dies omni febre cessante æger abhinc appetitum ac vires pristinamque valetudinem sensim receperit; qua decennium gavisus repente deinde obiit. His autem aliorum etiam suffragatur experientia. v. RIEDLINUS (e) narrat anum sexagenariam a 6 vel 7 annis adeo deperisse spiritum frumenti, ut omni pene mane aliquot ejus vitra exhauserit, a qua consvetudine prava ne acutæ quidem febris ante biennium toleratæ periculo avocari potuit, donec paulatim in febrem hecticam incidit corpus viresque in totum pene depascentem, ut clinica evaserit. Egregie tamen profuere tum antihectica et in primis POTERIANUM illud sub omnimoda a Ωu frumenti per plures dies

(e) l. c. ann. 3. Aug. 28. p. 570.

Digitized by Google

abſtinentia, quod calorem hecticum paulatim ex integro extinxit. Perinde E. R. CAMERARIUS (*f*) meminit feminæ 28 annorum, ſemper ante ſanæ, et bis partu levatæ, cui catamenia quoque rite proceſſerint, quoad ante noviſſimum quadrimeſtre febris continua epidemica ea ſuppreſſiſſet. Huic ſuperatæ ſucceſſit intermittens tanta cum debilitate, ut ægra nec in apyrexia lectum deſerere *quiverit*. Hæc modo 3ⁿᵃ modo quotidianæ typum tenebat, donec demum etiam ceſſavit. Superfuit nihilo minus calor lentus cum interpolatione unius et alterius rigoris pulſuque celeri ac debili, anorexia, ſitis, cephalalgia, vigiliæ, dyſpnœa, inſignis laſſitudo, urina tenuis tinctiorque, ac non nunquam tormina, pallor ad luteum accedens, tabeſque totius, vix ut cutis oſſibus hæreret. Cum hæc omnia viderentur ſuppreſſis deberi catameniis, medicique valentiſſima darent emmenagoga, ſymptomata crevere. Tertius demum medicus conſulit, ut quovis mane

(*f*) Diſſ. de caſu, in quo menſes p. n. emanentes per emmenagoga ciendi non ſunt. 4to Tubingæ 1690 Reſp. S. BRAUN.

Digitized by Google

mane ad horam 7am et veſperi ad 4am ſumeret ℥ß ſequentis ℈ris cum 4 cochlearium vehiculo:

℞. Matr. perlar. ppt. ℥ij
Antihect. POTERII ℥iij
Tab. man. CHR. perlat.
Lap. 69 ppt. aa. ℥vj. M. F. ℈.
℞. Aqv. tarax.
—— cichor.
—— ſenec. aa ℥ij
Syr. rub. id. ℥vj. M. D. pro vehiculo.

Porro hora 9a mane gelat. liquid. C. C. et eboris cochl. ij cum jure fol. acetoſ. ſpinach. violar. et rad. cichor. recentibus alterat. capienda imperabantur, injuncta ſimul exacta diæta, vetito vino, ſalſis, aromaticis, viſcidis, dyſpeptis, &c. In potum pauca ſimplicia præſcripta cum aqua fontis decocta (v. g. C. C. hord. rad. cichor. vel cum cinnamomo vel cum ſem. fœnic. aut coriandr. ppt. &c. pro palato ægræ). Quæ cum per menſem ſedulo uſurpaſſet, remittentibus ſenſim ſymptomatibus redibat appetentia, carnes, vires, priſtinaque ſanitas, et altero menſe catamenia quoque proceſſerunt. Denique et J. RAULIN (g) antihectici dicti energiam

(g) l. c. I. Th. 1. Abſchn. 3 Art. 2 Beob. p. 11.

Digitized by Google

ſequenti in caſu eſt expertus. A. 1740 Monſpelii chirurgiæ ſtudioſus dextri in pedis dorſo parva tubercula gangliorum inſtar emergentia obſervans ocyus emplaſtra reſolventia impoſuit; crevere illa tamen, et poſt 4 menſes mollia facta crepuere, uberi ſuppuratione ſequente: unde ulcera in dies altiora effecta, quorum in marginibus ac fundo pallida caro fungoſa luxuriabat. Pergenti malo ſupervenit febricula lenta. Quapropter multis locis inciſa ulcera cum ad fungoſam carnem auferendam, tum ad ulcera uſque ad digitos pertinentia amplianda; neque quidquam ad ſanationem neceſſarium neglectum. At cum nil proficeretur, conſilium ægro datum, ad lares, ubi mortem e phthiſi præſtolaretur, revertendi. Domum redux æger ſuo ulcera reliquit fato, et febris hectica durans corpus in dies magis extenuabat. Accitus demum RAULIN pedem ulceribus ubique pene pervium reperit, et oſſa non pauca nuda et arroſa, caroque luxurians et exiguæ indurationes ubique præſto eſſe videbantur. Quæ ambo igitur qua ferro qua remediis caute auferebantur; oſſa partim per ſuppurationem partim artis adminiculis exfoliabantur. Interne

Digitized by Google

poſt catharſin præmiſſam dabatur decoctum raparum bis per diem hauriendum; pro alimento nil niſi cremor avenæ vel hordei in aqua cocti, paucusque panis et ova aliquot ſorbilia conceſſa. Hac methodo febris intra menſem infracta, ulteriorque emaciatio inhibita. Idcirco per menſem porro eidem inſiſtebatur, cujus ultimis binis hebdomadis ad raparum decoctum adjectus hauſtus decocti ſarſaparillæ. Obſervabantur jam ſolida rurſus renutriri, ſtomachique functio reſtitui; hectica tamen febris, licet in dies minueretur, non dum prorſus conquievit. In locum ergo decocti raparum ſuffectus bolus bis quotidie ſumendus ex æquis partibus lap. 69, ʒ ii diaph. et antihectici POTERII cum ſyr. capill. veneris pondere ℈ij pro doſi, capto deſuper hauſtu decocti e ſcolopendria et hyperico. Ad horum uſum febris ocyus remiſit, corpus iterum ſenſim nutriebatur, atque ulcera in cicatrices coivere. Finem curationi uſus vaccini lactis impoſuit, ægerque abhinc optime valuit. Numquid ergo antihecticum POTERII nunquam profuit? Haud ſum tamen neſcius, illud nil ſæpe utilitatis attuliſſe, pro varietate nempe cauſæ, præſertim vero in hecti-

Digitized by Google

ca phthiſicorum; ſed enim vero tunc num unquam aut cortex aut balſama, aut elixir vitrioli, aut alia decantata plus opis tulere?

c) *Cicuta* quoque huc potiſſimum (opinor) pertinet; ut quæ copioſo ſcateat ſale, cujus ope quantum ad glanduloſos infarctus ac tumores viſcerum, a queis tam ſæpe febris hectica oritur (*b*), reſolvendos valeat, hodie ſatis ſuperque notum eſt, remque etiam ſequens MARCKMÜLLERI apud Ill. A. STÖRCKIUM (*i*) obſervatio confirmat: „ vetula gravi peripneumonia „ prehenditur. Toto morbi tempore nihil „ materiæ morboſæ evacuatum eſt, licet „ optima expectorantia emollientibus junxe- „ rim. Morbus tamen 14 die omnibus „ curatus, mihi vero recidiva vel alius „ morbus timendus videbatur: 17 die „ ſub veſperas calorem et ſitim augeri „ ſumma cum debilitate obſervatum eſt, id- „ que per 2 inſequentes dies. Vocatus dein „ et ob progreſſam ætatem et morbum præ- „ greſſum prognoſin non bonam feci. Ani-

(*b*) Vide §. 22 c).

(*i*) Continuat. experim. et obſerv. circa nova ſua medicam. Cap. 8. p. 217. ſq.

Digitized by Google

„ mus erat tentandi, quid cicuta faceret, „ qua materies morbosa a morbo acuto su- „ perstes et in sanguine oberrans, quæ jam „ jam febrem hecticam accensum iret, ex „ sanguine eliminaretur. Dedi ergo mane „ et vespere 5 cicutæ grana, et 5 die in- „ venio lætam seniculam extra lectum sum- „ mo appetitu comedentem. Affirmabat „ mihi, se per biduum circa vesperas nec „ calere nec sitire, ut ante. Meo consilio „ eandem dosin per aliquos dies continua- „ vit, et nunc optime sana est„.

§. 49.

3. *Hæmorrhagica*, seu quæ solennes hæmorrhagias suppressas, hecticam post se trahentes (*k*), denuo provocant. Nam „ si „ lenta febris ex eo nata fuerit, inquit J. H. „ SCHULZE (*l*), quod menses mulieribus „ in ætate constitutis aut puerperis lochia „ retinentur, aut viris hæmorrhoides sup- „ pressæ fuerunt, est utique curatio seor-

(*k*) Vide §. 29 b).
(*l*) Diss. cit. §. 32.

Digitized by Google

„ ſim eo dirigenda, ut has excretiones ſe-
„ cure et blande reſtituamus „. Fit id per varia adminicula diætetica, chirurgica, et pharmaceutica etiam, dando nempe remedia dictas hæmorrhagias proritantia. Probe tamen eſt animadvertendum, huicce medendi rationi haud alioquin, quam per principia morbi, locum eſſe, quamdiu nempe vires conſtant, et corporis habitus non dum eſt magnopere exhauſtus. „ Quod ſi autem,
„ monente HOFFMANNO (*m*), prognata ab
„ hac cauſa lenta vel hectica febris diu *jam*
„ corpus tabe et fervore afflixit, neutiquam
„ ſvadenda, ſed potius interdicenda eſt, ...
„ quia vires nimium debilitat. Ubi etiam
„ a partus tempore menſes plane ſubſtite-
„ runt, et vera jam adeſt hectica cum atro-
„ phia, tuſſi, diarrhœa, pectoris difficulta-
„ te, univerſali corporis langvore, et calo-
„ re lento conſumente, non de remediis men-
„ ſes pellentibus cogitandum, ſed ſympto-
„ mata contrarium potius indicant. Idem
„ tenendum de illa tabifica debilitante febre,
„ quæ a fluxu hæmorrhoidali retento aut ob-

(*m*) Med. rat. ſyſt. l. c. curat. §. 7.

Digitized by Google

„ ſtructo ortum ducit; tum quippe, ſi vires
„ et ſucci jam conſumpti, imprudens plane
„ eſt molimen ad evomendum fluxum eva-
„ cuantibus et pellentibus aloeticis aut ſan-
„ guinis miſſione in pede uti. Obſervavi
„ enim ſanguinem valde fluidum et coccinei
„ coloris fuiſſe evocatum, ſed paulo poſt
„ febrem accenſam, vires proſtratas, ſo-
„ mnum turbatum, et citius quam quidem
„ fieri potuiſſet, ad letalem eventum mor-
„ bum promotum„. Quod ſi vero non dum ex toto vires promotionem id genus hæmorrhagiæ vetent, quanti eas ſit revocare, documento eſt P. POTERII (*n*) caſus de virgine 24 annorum ſuppreſſioni menſium, ob quam quotannis fere chalybe utebatur, admodum obnoxia: unde tandem hectica ſecundi gradus laborabat cum capitis defluxione, dolore, vigiliis, inappetentia, dyſpnœa, &c. ut ad extrema fere fuerit deducta. Plurimis fruſtra per ſemeſtre adhibitis, morbo potius in pejus ruente, Auctoris demum opera, ubi febris refrigerantibus, aperienti-

(*n*) l. c. Cent. 1. Cap. 40.

Digitized by Google

bus et acidis exſtincta fuiſſet, revocatis per emmenagoga cum emollientibus data catameniis prorſus convaluit.

CAPUT IV.

MERCURIUS.

§. 50.

MERCURIUS quoque ad antihecticorum cenſum referendus eſt, nec abs re; ut qui pluribus ad hecticam curandam titulis conveniat: eſt enim anthelminticus (o), emmenagogus (p), et pertinaciſſimos infarctus ſæpenumero reſerans (q), atque adverſus miasma venereum, a quo in corporis penetralibus deliteſcente pertinaces toties hecticæ pullulant (r), antidotus. Ex numeroſis hanc in rem obſervationibus duas hic J. RAULINI (s) adduxiſſe ſat erit. Vir 30

(o) Vide §. 27.
(p) Vide §. 29 b).
(q) Vide §. 22 c).
(r) Vide §. 33 c).
(s) l. c. 3 Beobacht. p. 14. ſq.

Digitized by Google

annorum diſſolutæ vitæ hyeme A. 1749 incidit in anorexiam cum dyſpepſia totiusque corporis, præſertim ſpinæ dorſi, pruritu. A dyſpepſia dolorifici meſenterii infarctus nati, doloribus hic illic ſe ſe prodentibus, continenter vero ſpermaticos funiculos detinentibus. Intra bimeſtre magnopere emaciatus febriculam quoque nactus eſt. Per initia ſecta aliquoties vena, data cathartica, ventri fotus emollientes et ſemicupia adhibita, præſcripta ſanguinem depurantia, &c. Omnia ſine levamine. Lac etiam poſcenti conceſſum; ſed ob auctam admodum intra paucos dies febrim denuo ſubtractum, dataque antipyreta non ſine euphoria. Verum febris ad priſtinum reverſa gradum, nihilque proficientia remedia, et cito invaleſcens macies labis venereæ ſuſpicionem moverunt. Pernegante licet eam ægro, nec luis hæreditate acceptæ apparentibus indiciis, tentatæ nihilo minus aliquot frictiones ☿les brevi omnia levarunt ſymptomata: idcirco plures factæ, ea tamen cum cautela, ne ptyaliſmum moveant. Atque his ſolis æger paulatim priſtinam firmamque recuperavit valetudinem.

Digitized by Google

Porro (*t*) matronæ ante ſaniſſimæ vere A. 1733 tertium partu perquam laborioſo levatæ lochia primum uberrima fluxere, dein penitus ſubſtitere. Febris ingruens multos duravit dies; ægra ex toto appetentia caruit; ſupervenere hyſterica ſymptomata cum vigiliis, totoque paſſim corpore emerſere tubercula indolentia ſine rubore, quæ manui cutem mulcenti numeroſa occurrebant, magnitudine minutos globulos ſclopetarios æquantia, variis tamen locis v. g. in *collo* pectore et coxis ovum columbinum *magna.* Majo A. 1734 accerſitus RAULIN matronam peſſimo in ſtatu reperit, macie nempe 3^tio^ hecticæ gradui vicinam cum febricula lenta nocturnisque ſudoribus: pectoris tamen læſi nulla adfuere indicia; levis tantum ſuperfuit in quibusdam ſinus tuberculis ſuppuratio. Quapropter eccoprotico præmiſſo data decocta aperientium radicum, amararum herbarum, duarum ranarum, et croci ♂ aperitivi ſacculo incluſi, queis toto fere menſe utebatur. Deinceps vero per 12 dies quovis mane ſumpſit bo-

(*t*) Ibidem 5 Beobacht. p. 20.

Digitized by Google

lum ex æthiopis mineralis gr. viij cum conſerva roſarum, hauſto deſuper vaſculo infuſi fumariæ. Cum ab his remediis ulterior macies inhibita, et non nulla tubercula reſoluta cernerentur, aliquot frictiones ☿les inſtitutæ ſunt eo cum ſucceſſu, ut omnia tubercula ſenſim evaneſcerent, nec niſi duo caſtaneam magna poſt duos a prima frictione menſes in ſinu ſupereſſent. His proinde emplaſtrum diapalmæ cum pauxillo ☿ii exſtincti per aliquot dies impoſitum illa non multo etiam poſt diſcuſſit. Appetentia pedetentim revertebatur, menſesque jam inde a partu ſuppreſſi ubertim proruperunt. Macies manifeſte abibat, et matrona ſub uſu lactis probique alimenti priſtinæ reſtituta eſt valetudini.

Digitized by Google

CAPUT V.

TONICA.

§. 51.

TONICA denique medicamenta recenſenda veniunt, quorum in curanda hectica ampliſſimus eſt uſus, ob numeroſas nempe eorum dandorum indicationes; quippe queis et ſtomacho digeſtionique langventi proſpiciendum eſt, et debiles vitæ vires erigendæ, et ſudoris alvique fluentis vis compeſcenda, et infarctus ob atoniam vaſorum diſſipandi, et febris ſopienda, et ulcera denique in viſceribus latentia conſananda. Atque ex his continuo ſimul patet, follicitum hic tonicorum pro varietate indicationis delectum eſſe faciendum; ſiquidem alias ſtomachica, alias excitantia nervina, alias reſolventia, alias antipyreta, alias vulneraria, &c. illa eſſe oportet. De poſtremis quidem iſthic non agetur; cum mihi non ſit animus de hectica abſceſſuum internorum comite doctrinam hic tradere, ne liber in immenſum creſceret, exiſtimavique potiorem

Digitized by Google

ſymptomaticæ id genus hecticæ locum in phthiſeos hiſtoria tribuendum eſſe, quorſum re ipſa pertinet, et cujus curandæ methodus, ſi ulceris curam demas, prorſus eſt eadem, quæ cujusvis alterius febris hecticæ: ut proinde omnia hic vel dicta vel dicenda illi etiam aptari queant debeantque.

§. 52.

1. *Stomachica* poſt præmiſſa vel emetica vel cathartica, ſi ventriculi robur digeſtioque langueat, continuo ſunt exhibenda. Inculcat id veteranus practicus F. HOFFMANNUS (*u*) „ expurgato autem alimentari canali (ajens) ſubjungenda poſtea analeptica et ſtomachica, inter quæ præ reliquis commendamus eſſentiam chaccarillæ et gentianæ rubræ, item elixir noſtrum ſtomachale cum ℥ ſalis aut nitri dulci paulo ante cibum quotidie ſumenda, non neglecto commodo corporis motu et ſalubri potu, præcipuo harum febrium præſidio „. Utilitatem profecto hujus methodi experta eſt in primis ejus-

(*u*) l. c. curat. §. 1.

Digitized by Google

dem femina (*x*), pluresque alii hectici, quos inter vir ETTMÜLLERI (*y*) fuit, ac tres alii apud P. POTERIUM (*z*), nec non P. J. SCHENFELDERI (*a*) anus ½ annorum, quam ille a febre lenta chronica cum tuſſi ventrisque tumore datis poſt catharſin ſtomachicis percuravit. Cum autem quam plurima ſtomachica ſeu ſimplicia ſeu compoſita hunc in finem deſerviant, *duorum* tamen hic ſeorſim meminiſſe oportet, quæ aliis præcellere ſunt viſa, nimirum

a) *Quaſſia* ſtomachicorum *omnium* hodie facile princeps, quæ etiam NUNNII (*b*) viro præſentiſſimam opem tulit, et

b) *Mentha piperitis*, cujus hic efficaciam ſingulari exemplo oſtendit T. KNIGGE (*c*): „ vir 27 annorum gulæ multum „ indulgens, macilenti corporis, cholerici „ temperamenti, menſe Auguſto . . . febre „ intermittente quotidiana vehemente corri-

(*x*) Vide §. 41. n. 3.
(*y*) Caſ. et obſ. med. n. 181.
(*z*) l. c. Cent. 1. Cap. 3. Cent. 2. Cap. 70 & 98.
(*a*) Hiſtor. enarr. et cur. med. L. 1. hiſt. 24.
(*b*) Vide §. 55 c).
(*c*) Comment. botan. med. de mentha piperit. §. 23.

Digitized by Google

„ pitur; a qua uſu digeſtivorum, evacuantium,
„ et reſolventium, in primis ſulph. aurat.
„ ℥ ii tert. præcip. ſine ullo antifebrili . . .
„ liberatus mox in ſummam corporis incidit
„ debilitatem: vires frangebantur, corpus
„ emaciabatur, appetitus periit, lingua mu-
„ co obtecta, totus habitus hecticus erat
„ adeo, ut quicunque illum videret, immi-
„ nentem tabem prædiceret. Animus abje-
„ ctus, moroſitas ſumma, et ſudores noctur-
„ ni profuſiſſimi apparuere cum pulſu parvo
„ debili et ſæpius celeri . . . Cum planta
„ noſtra periculum facere decrevi, et præ-
„ ſcripſi largas doſes herbæ cum melle in
„ electuarium redactæ, ſimulque convenien-
„ tem diætam injunxi. Poſtquam hoc medi-
„ camento æger per aliquod tempus uſus
„ erat, lætus animadverti ſudores ceſſare,
„ appetitum meliorem redire, linguam pu-
„ riorem fieri, pulſum elevari, colorem fa-
„ ciei ſaniorem apparere, moroſitate eva-
„ neſcente animum hilariorem reddi; et
„ nunc conſveta ſua negotia gerere optime
„ valet „.

Digitized by Google

§ 53.

2. *Resolventia* stases lentorum humorum ab atonia vasorum collectas. F. HOFFMANNUS (*d*) hunc in finem commendat hecticis a nimio potu redditis „ cerevisiam . . . „ medicatam per herbas leniter roborantes „ balsamicas consolidantes et sanguinem pu„ rificantes . . . sæpe enim (inquit) hecti„ cum hoc malum in principio a sola atonia „ pendet, sub qua et secretiones et excre„ tiones rite succedere nequeunt impurita„ tum, largius ab ejusmodi bibulis heroibus „ collectarum. Et profecto ego testari pos„ sum, quod decocta ejusmodi specierum ex „ aqua vel cerevisia, addito quandoque mel„ le, in chronicis ejusmodi lentis febribus „ præstiterint mira, si modo aliquamdiu „ continuata, quin longe plus quam pretiosa „ singulari arte et labore confecta. Sed prom„ ptus omnino mali recursus, nisi exacta vitæ „ victusque ratione arceatur, et viscerum im„ becillitas penitus emendetur„. Atque hocce remedio-

(*d*) l. c. epicris. ad Obs. 1.

Digitized by Google

remediorum genere præſcripto virum quemdam (*e*) a morbo vindicavit. Duplex autem hic in primis remediorum reſolventium tonicorum genus omnibus pene aliis præcellit, videlicet

a) *Glandes* decoctæ, cujus decocti uſu hecticam quinquies curatam narrat M. J. MARX, nempe (*f*) mulieri 46 annorum, phlegmaticæ, multis periculoſis qua thoracis qua abdominis morbis defunctæ poſt noviſſime toleratam Aprilis initio febrem acutam catarrhalem ſuperfuit continua tuſſis ſpaſmodica cum ſputis puriformibus ad omnia præſidia contumax, qua durante ad extremam devenit maciem. Tandem glandium decocto ter quotidie per 4 hebdomades hauſto et tuſſis deſiit, et ægra vires habitumque reſumere cœpit. Alia (*g*) 49 annorum poſt 5 legitimos partus ſextum ante ſexenium habuit præmaturum non ſine multo labore. Abhinc vero tumidior ei venter manſit, quamquam ſine ulla ſanitatis moleſtia. Tandem incidit Octobri menſe in febrem

(*e*) Vide §. 26 b).
(*f*) Beſtätigte Kräfte der Eichela n. 1. p. 3.
(*g*) Ibidem n. 20. p. 56.

Digitized by Google

bilioſam pectoris, qua non rite vel judicata vel curata mulier perpetuo clinica manſit, nec ſine animi deliquio erecta ſedere potuit. Poſt varia necquicquam uſurpata inſequenti Julio accitus MARX miſerrimo in ſtatu eam reperit: æſtus aderat inſignis, ſiccus, continuus, extenuans, a paſtu ſemper una vel duabus horis valida cum anxietate increſcens; vires adeo dejectæ, ut nec ¼ horæ extra lectum præ debilitate commorari poſſet; pulſus ſemper erant celeres parvi molles. Vix indormiit, et jam innatabat ſudori quandoque tam profuſo, ut induſium lectusque ex toto maderent. Aſſidua vexabatur ſiti cum oris fauciumque ſiccitate, et lingua ſordida, nigricante cruſta obducta. Sapor in ore vel amarus erat, vel ſalſuginoſus. Somnus brevis, inquietus, non reficiens, imo debilitans. Macies ſceleto ſimilis cum oculis cavis, et collapſis malis, facieque re vera HIPPOCRATICA, niſi quod inflari eam interdum contigerit. Abdomen viſebatur vaſtum ac durum tympanique inſtar tenſum, tactum ob vehementiſſimum mox inde dolorem non ferens, cujus in læva præſertim regione hypogaſtrica nunquam non dolor obtuſus tenſivus

Digitized by Google

præſto erat. Inferiores artus ad abdomen uſque validum œdema tenebat. Urina prodibat varia, jam rubra, ſedimentum ponens et oleoſa pellicula obducta, jam turbida, jam atramento ſimilis, jam varias induens formas. Alvus non niſi ab remediis egeſta, ſæpe ne enemate quidem movenda, et dum etiam ſolvebatur, tanto id cum dolore fiebat, ut pene ſyncope ſuccederet; imo nec enemata citra dolorem injici poterant, eo quod in obſtaculum quoddam impingere videbantur: fex autem prolecta ſemper duriſſima fuit. Appetentia ſuperfuit exigua; ſpiratio difficilis ac laborioſa. Tuſſis etſi ſicca nec valida eſſet, dolorem tamen inſignem hypogaſtrii cauſabat. Menſes jam inde a morbo ſubſtitere, et remediis interdum moti inter cruciatus procedebant; ſub ipſo autem morbo apparuere non nunquam, et ſolito quidem uberiores, ab uſu vero remedii poſtea uſurpati prorſus ſubſtiterant. Cum autem per ſemeſtre continenter copioſum pus cum fece alvina inter cruciatus egereretur, ſuſpicio nata eſt ulceris in meſenterio vel inteſtinis latentis, præſertim cum adderet ægra, interdum glomeres materiæ fibroſæ induratæ ab ſe fuiſſe alvo excretos. Explorato ergo ab-

Digitized by Google

domine reperit insignem indurationem læva in regione hypogastrica, qua ovaria sita sunt, ut proinde et hæc scirrhosa esse viderentur. Curatio eo etiam difficilior futura censebatur, quod leviſſima quoque resolventia mulieri graviſſimos concitarent dolores. Interea post varia hactenus frustra tentata, et deinceps etiam in 6 hebdomades quotidie bis sine ullo levamine injecta enemata e sapone, glandium decoctum tentatum, quarum tostarum ℥j cum fabarum Cacao ℥j in ▽ⁱ s. q. instar Caffée decocta cum lacte bis quotidie potui dabatur. Vix triduum abiit, et jam alvus reserabatur, initio quidem prævio aliquali adhuc dolore, deinde vero vel quotidie vel alternis diebus citra ullum dolorem; sine quo tamen ante, eoque vehementi, nunquam solvebatur. Urina quoque sine dolore fluente sudorum vis remisit. Lapso octiduo tumor ventris et artuum inferiorum subsidere cœpit; molleſcebat abdomen, duritiesque interius latens minui, minusque dolere observata. Post 14 dies febris vehementia remisit, ac 3ª hebdomade plane conquievit. Hebdomade 4ta nulla febris nec sudor aderat, vires assurgebant, tumor abdominis dolorque evanuit cum pedum œdemate; urina alvusque sanis simi-

Digitized by Google

les, nullo amplius pure egesto: menses quoque sine doloribus reversi. Sub continuato remedii usu ægra 5ª hebdomade lectum deseruit, pristinaque valetudine est recreata. Porro (*b*) septennis proles semper valetudinaria ante 5 annos exanthema nacta est, a quo ope litus cujusdam retropulso deterius habere cœpit. Ante biennium circiter variolæ illi binisque ejus fratribus cum inserererentur, istique numerosas adepti fuissent, illi non nisi 6 erumpentes brevi iterum evanuerunt: idcirco fratribus in lecto accumbere jussæ nullæ tamen amplius efflоruere. Per semestre abhinc recte valens ægrescere dein occepit, dum quotidie pene exhorresceret, cadaverisque instar palleret. Communi medicorum opinione viscerum labes accusabatur. Remedia data levamen quidem, at non constans nec diuturnum, attulere, malo denuo reverso, cujus vi corpus manifeste extenuari observabatur. Tandem exhibito quotidie semel in 5 menses glandium decocto sanitas est restituta. Alius (*i*) infans cir-

(*b*) Ibidem No 18. p. 49.
(*i*) Ibidem No 19. p. 52.

Digitized by Google

citer bimulus primo vitæ anno ſanus et euſarcus anno inſequente moroſus fieri cœpit, ſegnis, debilis ac taciturnus, flacceſcens corpus extenuabatur, dum contra venter dureſcens inflaretur tendereturque cum dolore; quo ſenſim increſcente reliqui artus atrophici fiebant. Appetentia tamen crevit non exſatianda, quoque infans plus ederet, eo ventre quoque plus increſcente atrophia artuum invaleſcebat. Acceſſit ſicca tuſſis et albi oculorum protuberantia. His comes erat vehemens febris hectica cum debilitante ſudore, magna ſiti, aſſiduaque inquietudine clamoſa. Alvus jam fluxa fuit jam adſtricta. Intra ventrem tubera dura tactui occurrebant. Vulgata quæque remedia nihil opis tulere, nec inſignis vis corticis abſumpta, nec TRa rhei ſalina, nec ſaponacea, nec rubia tinctorum, nec in 6 hebdomades pota aqua Emſenſis cum lacte, cujus infans integram quotidie lagenam exhauſerat, cujusque ſub uſu etiam terra fol. ♀ri cum TRa rhei præbebatur, atque enemata injiciebantur. Nihil ab his vel febris vel abdominis durities remiſit; atrophia potius increvit, et infans inquietus aſſiduo plorabat. Morbo ad ſummum evecto, ægroque omnia jam remedia

Digitized by Google

abnuente, tentatum decoctum e glandium toſtarum ℥ß et fabarum Caffée ex Martinica ℥j cum ▽æ ſ. q. paratum ac lacte remixtum, potui, quotidie qua calide qua frigide datum; cujus ſub uſu nec potus alius nec remedium porrectum, et glandium doſis ſenſim ad ℥j uſque aucta. Vix 3 hebdomadis elapſis levamen jam perceptum, et poſt trimeſtre omnia conquievere ſymptomata, infans plorare deſiit, febris, ſudor, tuſſis, ventris durities, cutisque flacciditas, diſparuerunt, alacritas et carnes redibant, alvus quotidie reddita, ſomnus factus placidus, appetentia moderata, ſolidorum nativum robur recuperatum, pectus ante ſemper infarctum nunc liberum eſt obſervatum, et (quod magis notatu dignum) occipiens jam rachitis nihil moleſtiæ cauſavit. Denique (*k*) puellæ quinquenni, egenæ, atrabiliariæ, altero ætatis anno ſcabies efflorescens et ad varia tentata contumax, ubi demum litu ♄no depulſa eſt, mox abhinc venter cum dolore tumeſcere, cetera vero membra extenuari in

(*k*) Ibidem n. 22 p. 64.

Digitized by Google

citer bimulus primo vitæ anno ſanus et euſarcus anno inſequente moroſus fieri cœpit, ſegnis, debilis ac taciturnus, flacceſcens corpus extenuabatur, dum contra venter dureſcens inflaretur tendereturque cum dolore; quo ſenſim increſcente reliqui artus atrophici fiebant. Appetentia tamen crevit non exſatianda, quoque infans plus ederet, eo ventre quoque plus increſcente atrophia artuum invaleſcebat. Acceſſit ſicca tuſſis et albi oculorum protuberantia. His comes erat vehemens febris hectica cum debilitante ſudore, magna ſiti, aſſiduaque inquietudine clamoſa. Alvus jam fluxa fuit jam adſtricta. Intra ventrem tubera dura tactui occurrebant. Vulgata quæque remedia nihil opis tulere, nec inſignis vis corticis abſumpta, nec TRa rhei ſalina, nec ſaponacea, nec rubia tinctorum, nec in 6 hebdomades pota aqua Emſenſis cum lacte, cujus infans integram quotidie lagenam exhauſerat, cujusque ſub uſu etiam terra fol. ♀ri cum TRa rhei præbebatur, atque enemata injiciebantur. Nihil ab his vel febris vel abdominis durities remiſit; atrophia potius increvit, et infans inquietus aſſiduo plorabat. Morbo ad ſummum evecto, ægroque omnia jam remedia

Digitized by Google

abnuente, tentatum decoctum e glandium toſtarum ℥ß et fabarum Caffée ex Martinica ℥j cum ▽ᵃ ſ. q. paratum ac lacte remixtum, potui, quotidie qua calide qua frigide datum; cujus ſub uſu nec potus alius nec remedium porrectum, et glandium doſis ſenſim ad ℥j uſque aucta. Vix 3 hebdomadis elapſis levamen jam perceptum, et poſt trimeſtre omnia conquievere ſymptomata, infans plorare deſiit, febris, ſudor, tuſſis, ventris durities, cutisque flacciditas, diſparuerunt, alacritas et carnes redibant, alvus quotidie reddita, ſomnus factus placidus, appetentia moderata, ſolidorum nativum robur recuperatum, pectus ante ſemper infarctum nunc liberum eſt obſervatum, et (quod magis notatu dignum) occipiens jam rachitis nihil moleſtiæ cauſavit. Denique (*k*) puellæ quinquenni, egenæ, atrabiliariæ, altero ætatis anno ſcabies efflorescens et ad varia tentata contumax, ubi demum litu ♄no depulſa eſt, mox abhinc venter cum dolore tumeſcere, cetera vero membra extenuari in

(*k*) Ibidem n. 22 p. 64.

Digitized by Google

plenam uſque atrophiam occepere. Die 21 Auguſti facies pallorem cadaveroſum, et univerſum corpus maciem oſſeam præ ſe ferebat, abdomine multum tumente et vel ad lenem attactum admodum dolente. Artuum caro fuit prorſus flaccida et exhauſta; ſpiratio autem libera, ſine tuſſi, parumper tamen celerior et laborioſior; pulſus qualis hecticorum ex phthiſi. Puella a quibusvis alimentis abhorrebat; eo quod moderate etiam ſumpta dolores eo uſque cauſabant, quoad pars ingeſtorum vomitu rejecta eſt. Sitis non erat nimia; inflatus venter torminibus nunquam caruit; lotium reddebat paucum, perquam rubrum; alvus per 3 vel 4 dies plerumque clauſa non niſi enemate aut ſuppoſitorio reſerabatur. Cum deſperata res videretur, ne tamen ſine ſolatio diſcederet mater, glandium volæ aliquot ei datæ pro conficiendo inde methodo ante dicta decocto, cujus cum lacte miſti 4ª quaque hora ʒij quotidie haurienda imperatæ. Die 31 Auguſti reverſa mater novas popoſcit glandes, referens priores profuiſſe, quod remiſerint dolores, vomitus deſierit, appetentia et alvus ſpontanea redierint, nuperque alvo ſanguis et mucus purulentus exierit. Datis glandi-

Digitized by Google

bus rogata, ut his etiam absumptis puellam adferret. Die 15 Septembris allatæ puellæ status multo fuerat lætior, mater copiam sabuli cinnabarini monstrabat cum lotio non sine dolorifico ardore excreti, cujus molecula varia erant figura ac magnitudine, maximæque illarum semen milii dimidio pene excedebant. Pulsus tamen adhuc tantisper febrilis erat; superfuit etiam aliquis ventris contensi tumor, ac levis tantummodo e rudiori etiam illius attactu doloris circa umbilicum sensatio oriebatur. Datis itaque rursus glandibus dimissa mater cum precibus, ut porro de morbo referret, haud amplius rediit; per alios tamen compertum, puellam omnino convaluisse. Eximium quoque ab eodem remedio effectum vidit J. D. METZGER (*l*) in militum Præfecto tabe ex inanitione laborante cum summa macie, facie HIPPOCRATICA, anorexia, alvo pigerrima, hæmorrhoidibus cœcis dolentibus, teterrimo halitu, somnis turbulentis, et non raro immani sub auroram cephalalgia, pulsuque hectico; cui cum tonica, sapona-

(*l*) Adversar. med. P. 2. Specim. 1. Sect. 3. §. 11. p. 138.

Digitized by Google

cea, interpoſita cathartica leniſſima, et aqua Selterana caprillo cum lacte nihil opis attuliſſent, dolentioribus potius factis hæmor. rhoidibus, cephalalgia ſæpius ingruente, dolentibus lumbis, et viribus in dies labentibus, niſi quod ſubinde per aliquot dies æger mitius haberet, præſcripta diæta vegetabili datus ano catoque cortex, decoctum lignorum, et martialia intra 14 dies vires hominis erexerunt, ac ſymptomata minuerunt: unde ille ſe in vado jam eſſe ratus omnia ulteriora reſpuit remedia, nec ad aliud quam decoctum e glandibus quernis toſtis et fabis Caffée uſurpandum adduci potuit. Ab hoc vero ubi ſe proficere ſenſit, omiſſis fabis Caffée ſolarum glandium decocto uti pergebat; ſub cujus uſu hæmorrhoidum dolor abiit, cephalalgia non revertit, rediitque cum appetentia tum integerrima ſanitas, ſolo halitu tetro, multum licet imminuto, adhuc ſuperſtite.

b) *Martialia.* Horum ab omni ſemper ævo ampliſſimus fuit uſus in reſerandis viſcerum præſertim abdominalium obſtructionibus, quales in cachecticis infantibus, virisque hypochondriacis, &c. reperiuntur.

Digitized by Google

V. RIEDLINI (*m*) „ mulier quædam 30 et „ quod excedit annorum a prima juventute „ hecticæ obnoxia ita, ut non ſemel illi „ ferme ſuccubuerit, ante ſemeſtre et quod „ excurrit, gravida facta ſimul etiam in . . . „ 3^nam incidit cum tuſſi et tanta totius cor- „ poris conſumptione, ut vix cutis oſſibus „ hæreret; accedebat etiam pedum tumor „ non parum moleſtus. Febrim quidem cortex „ chinæ chinæ brevi inhibebat; aſt reliqua „ ſymptomata quotidie creſcebant, febrisque „ identidem redibat. Qua de cauſa juſcula „ herbis recentibus alterata, quæ olim ma- „ xime profuerant, dictus cortex cum ſpe- „ cifico antihectico commixtus, gelatina C. „ C. et ſi quæ ſunt alia, quæ laudem meren- „ tur, diligentiſſime in uſum trahebantur; „ aſt omnia fruſtra: donec tandem abortus „ fœtus vivi ſubſequebatur; poſt quem per „ biduum omnino convaluiſſe videbatur. Aſt „ elapſo biduo priſtina eandem vexabant ma- „ la. Qua de cauſa martiata in uſum trahere „ cœpit, et quidem laudatum illud ſpecifi- „ cum cachecticum LUDOVICI, febre ad-

(*m*) Lin. med. ann. I. Jul. Io p. 201.

Digitized by Google

„ huc ſemper reſtitante, cum cortice chin. „ chin. permixtum in forma electuarii. Et ec„ ce! ſtatim omnia ſymptomata mitiora fie„ bant, febrilis calor ceſſabat, et ipſa bre„ vi poſt . . . ſic convaleſcebat, ut de quo „ conquereretur, non haberet „. Perinde J. F. DILLENIO (*n*) curanda obtigit puella ſeptennis, febre lenta continua laborans cum repentina virium proſtratione, torminibus, diarrhœa colliquativa, baryecoia, otalgia, ſcotomia, ſyncope, tuſſicula ſicca, et ſucceſſiva corporis conſumptione, ut ſceleto demum ſimilis evaſerit. Comes his erat febris cum p. n. æſtu, ſiti, delirio per intervalla, &c. Auctor primum exhibuit univerſalia, abſtergentia, lenitiva, alterantia, præcipitantia, carminativa, adſtringentia, et ſtomachica temperatiora, interna juxta ac externa; at in caſſum, malo in dies invaleſcente. Donec tandem mutatis mutantandis, et pectoralibus bechicis dulcioribus omiſſis, aperientibus vero martialibus, ſubacidis, et antiſcorbuticis temperatioribus iis ſuffectis puella fuiſſet percurata. Ita et A. C.

(*n*) Miſc. nat. cur. dec. 3. ann. 9. obſ. 149.

Digitized by Google

THEBESII (o) puellus vix bimulus „ abdomine tumente, glandulis meſenterici obſtructis, et ſub nucum forma in abdomine manui explorantis ſe manifeſtantibus, „ &c. febre hectica diuturna adeo conſumptus erat, ut animam agere videretur. „ Reſtitutus eſt ille . . . et ex illo tempore per 2 annos perfecte ſanus vixit. Maxime autem apud hunc puerum multosque „ alios hujusmodi ægros pro ſcopo aperiendi et humores corrigendi conducere mihi viſa eſt magneſia alba nitri et ♁ anticachecticus LUDOVICI cum lapidib. „ 69 et cryſtallo præparatis miſtus; atque „ dum hæc non ſuffecerunt, ad ☿um diaphoreticum rite præparatum quaſi ad ſacram anchoram confugi„. Conſtat autem ♁ anticachecticus dictus iisdem prorſus, e quibus ♂ diaphoreticum martiale conflatur (p). Perutiliter itaque hic potantur aquæ ſoteriæ martiales, cujusmodi ſunt piperinæ, quarum uſu tres hecticos conva-

(o) Ibid. Cent. 3 & 4. obſ. 124.
(p) Diſpenſat. Vienn. fol. 241.

Digitized by Google

luisse J. REYDT (q) memorat, et apud R. MORTONUM (r) „ præsbyter fere sexa-
„ genarius . . . a multis retro annis valde
„ scorbuticus, et melancholicus, vertigini,
„ palpitationi cordis, multisque aliis gene-
„ ris nervosi affectibus sæpissime erat ob-
„ noxius; super omnia vero de sudoribus
„ colliquativis continuis noctu diuque, id-
„ que tempore tam hyberno quam æstivo
„ conqueri solebat. Quo factum est, ut
„ non tantum frigori valde fuerit obnoxius,
„ a quo vel maximos semper sentiebat do-
„ lores in genere nervoso, verum etiam
„ totum corpus emarcuit, ita ut in censu
„ tabidorum non immerito habendus fuerit.
„ Verum fontanellis inter scapulas factis,
„ usuque cerevisiæ antiscorbuticis medicatæ
„ in ordinarium potum, et præcipue longo
„ usu aquarum mineralium tam chalybeata-
„ rum quam catharticarum, earumque tam
„ hyeme quam æstate sumptarum, non tan-
„ tum a ceteris generis nervosi affectibus,
„ verum etiam ab his colliquativis sudori-

(q) Hydrophylac. P. 1. C. 12. p. 188. 211. 229.
(r) l. c. L. 1. C. 11. hist. 1.

Digitized by Google

„ bus plane liber evaſit. Quo factum eſt, „ ut vel plurimos ultimæ ſenectutis annos „ cum athletico corporis habitu, ſanitate „ conſtanti, mente hilari, vultu florido et „ vivaci degeret, ac ſi iterum cœpiſſet ju- „ veneſcere „.

§. 54.

3. *Balſamica*, *antiſeptica*, non modo propter viſcerum vomicas hecticam ſymptomaticam cauſantes (de qua, ut alibi dixi, hic non agitur), ſed etiam ad univerſæ humorum maſſæ putredinem, quam ſubinde hectica citra ulcera inducit, vel externorum certe ulcerum ſanies reſorpta, vel alius quivis pravus humor in cachecticis, ſuppeditat, prævertendam, aut natam jam denuo abolendam, haud exiguæ ſunt utilitatis: cujusmodi ſunt agrimonia, hedera terreſtris, virga aurea, veronica, &c. De poſtrema non vulgaris eſt v. RIEDLINI (*s*) hiſtoria: opifex 30 annis major, gravibus pectoris morbis obnoxius, aliquanto poſt

(*s*) l. c. ann. 5. Martii 4. p. 223.

Digitized by Google

pleuritidem rursus nactus est, ob neglectam ejus principia, et dein etiam segniorem remediorum usum, nimiamque in oleum lini fiduciam, pene letalem; quæ cum die 7mo nulla crisi judicata fuisset, metuebatur abscessus. Remediis interea febris cessit, et pleuritide quoque plane abeunte saliva tam acris evasit, ut pene totam eroserit linguam. Hac etiam salivæ acrimonia desinente nova oborta est tussis cum tanta subsecuta corporis macie, vix ut cutis ossibus hæserit, cumque novo in loco ante affecto dolore. Symptomata hæc omnem remediorum vim superantia ubi mensem durassent, tandem ad sibi sæpius jam similibus in casibus utile remedium usurpandum, decoctum nempe herbæ veronicæ, adjecit animum: quo diligenter hausto, et sumpta simul quolibet in ju[illegible] gelatina C. C. e morbo pedetentim est [illegible]ctatus. De antisepticis plura etiam inter antipyreta dicentur.

§. 55.

4. *Antipyreta* denique, eaque simul vel antiphlogistica vel antiseptica virtute prædita, principem sibi inter antihectica tonica deposcunt locum; quorum ope febris, pro-

ut

Digitized by Google

ut aut inflammatoriæ aut putridæ eſt indolis, profligatur. Miſſo autem lapide bezoard, quo J. P. LOTICHIUS (*t*) Guardianum quemdam 30 annis majorem, picrocholum, ex 4ta annua empyrico remedio pulſa in hecticam cum ſcabie, tuſſi, dyſpnœa, debilitate, ſiti, alvi fluxu, et atrophia lapſum, intra 6 dies ab ſe perſanatum gloriatur, laudatiſſima hic tantum in medium adferam, qualia ſunt

a) *Saturnina*, in primis vero ſaccharum ♄ ni ac TRa antiphthiſica GRAMMANNI. Profecto quantum hujusmodi remedia ad externas inflammationes diſcutiendas valeant, documento eſt celebratiſſima in iis hodie aqua vegeto-mineralis GOULARDI: proinde nil mirum, ſi interno quoque uſui data non nunquam haud pœnitendum præſtiterint effectum, præſertim ubi colliquativis etiam ſudoribus frænum injiciendum erat. Hinc A. H. FASCHIUS (*u*) „ TRa antiphthiſica „ GRAMMANNI (ait) quia ſerum refræ„ nat, lenique adſtrictione difflationem ejus-

(*t*) l. c. obſerv. 4.
(*u*) Diſſert. cit. p. 20.

Digitized by Google

„ dem per ſudorem inhibet, in hoc affe-
„ ctu egregie prodeſt, cui in tota re
„ medica vix par aut ſimile poteſt inveni-
„ ri „. Formula ejus eſt (x):

℞. Salis Saturni ʒjſs
Vitrioli martis ʒj
Terræ fol. ☾ri ʒj
Aceti deſtill.

♆ aa ℔ ſs. M. probe, et ſtent infuſa loco frigido per aliquot dies ad extractionem TRæ filtrandæ. Datur ad gtt. xv. xx. ex aqua vel alio vehiculo. Perinde M. ETTMÜLLERUS (y) „ ſaccharum ♄ni ... „ eſt egregium (ait) in hectica remedium, „ in ſpecie ſi ex ulcere interno oriatur, „ vel per ſe, vel quando ex hoc cum vi- „ triolo martis paratur TRa antiphthiſica. „ Doſis guttarum 20. 25. ad 30 „. Nec deſunt etiam proſpera remedii hujus exempla. P. POTERIUS (z) fabrum lignarium 50 annorum trimeſtri febre hectica cum ſicca tuſſi aliisque gravibus ſymptomatibus laborantem ſaccharo ♄ni et pleniore victu humido per-

(x) Diſpenſ. Vienn. fol. 95.
(y) Colleg. pract. l. c.
(z) l. c. Cent. 1. Cap. 21.

Digitized by Google

curavit. Perinde (*a*) puellæ meminit a' cunis pene ſcrophuloſæ, quæ ad 12um ætatis annum multis in caſſum tentatis lenta ſenſim febre emaciabatur. Tandem tamen convaluit, illito ſcrophulis unguento reſolvente, interne vero dato in 15 dies bis quotidie ℈e diaphoretico Auctoris, et interpolato TRæ ♄næ uſu. Præſertim vero ad colliquativos ſudores compeſcendos TRa ♄ni antiphthiſica ab non nullis impenſe commendatur. Sic apud V. RIEDLINUM (*b*) matrona prope quinquagenaria, procera, poſt crebras uberesque uteri hæmorrhagias extenuari aſſiduoque ſudare occipiens uſu gelatinæ C. C. et hæmorrhagiam et hecticam inchoatam compeſcuit quidem, at oculis inde et vertigine affici cœpit. Applicata pone aures veſicantia nil profuere. Sic matrona aliquamdiu ægreſcens tandem vehementi prehenditur febre cum intenſo frigore, nec minori ſecuto æſtu, tantoque virium lapſu, vix ut loqui poſſet, cui debiliſſimus et inordinatus pulſus reſpondebat. Hinc ob hecticæ me-

(*a*) Ibidem Cent. 2. Cap. 28.

(*b*) l. c. ann. 6. Febr. a. p. 125. ſqq.

Digitized by Google

tum data febrifuga cum antihecticis ita profuere, ut febris intra biduum frangeretur; et cum bis terve reditum minaretur, hunc eadem remedia plane demum arcuerunt. Superfuit nihilo minus moleſtus ac debilitans ſudor cum anorexia et ſalivæ ſapore nauſeoſo dulci vel alio ingratiore, interdumque amaro etiam: qui cum ſaburram primis in viis argueret, datum rheum. *Sed* quoniam iſtud non alvum modo movit, verum et ſyncopen cauſavit, ſuffecta ei eſſentia abietis ingratum illum ſaporem egregie domavit; ſudorem autem nimium cum nec ℥is ex antihectico POTERII et corall. rubr. nec gelatina C. C. ſedulo uſurpata vel hilum minueret, data demum ſub noctem TRa antiphthiſica illum feliciter præpedivit, et ægra ſub uſu diurno eſſentiæ abietis, veſpertinoque TRæ antiphthiſicæ tandem prorſus convaluit. Haud ſecius S. G. VOGEL (*c*) ſtudioſi meminit, cui poſt febrem urticalem ſingulari langvore, et continenti cephalalgia enormi, aſſiduisque ructibus ſtipatam, ac demum 140 die ſudoribus ac urinis (ut videbatur) ju-

(*c*) l. c. 3 Beobacht. p. 11.

Digitized by Google

dicatam ſuperfuit magna debilitas cum anorexia vigiliisque et ſimultanea emaciatione. Finitæ vix urticali febri ſucceſſit continua hectica cum pulſu forti et magno, viribusque in dies adeo labantibus, ut ne in lecto quidem æger ſe ſe erigere valeret. Macies invaleſcebat cum ſiti, anorexia, urinaque flammea, et juvenis depoſitus jam videbatur. Data nihilo minus mane ac veſperi antihectici POTERII ℥ß, plurimumque lac dulce, ebutyratum, acidum, potui conceſſum. Ab his minuebatur febris, et diarrhœa prioribus ſuperveniens etiam remiſit, urina perſtante flammea. Poſtquam ultra hebdomadem horum remediorum uſui inſtitiſſet, dari præterea cœptæ TRæ GRAMMANNI ante et poſt meridiem gtt. 20. Febris inde intra 3 hebdomadas adeo manifeſte minuebatur, ut demum ne veſtigium quidem illius ſuperfuerit. Poſt 6 circiter a febre finita dies urina, quæ perinde flammeum ſuum colorem ſenſim amittebat, depoſuit ſedimentum criticum, appetentia cum ſomno rediit, corpus renutriebatur, et 4ª hebdomade æger jam ½ hora extra lectum morari potuit, et collectis paulatim viribus evaſit, atque in lactis acidi uſu aliquamdiu adhuc perſtitit. Sub uſu TRæ ♄æ

alvus ſemper manſit naturalis. Verum ut ut hæc certa exploratæque ſint; nemo tamen adhuc interno ſaturninorum uſui, quamdiu tetræ illæ colicæ Pictavienſes ad memoriam hominum ſuperfuerint, quæ ab illis toties excitari ſunt viſæ, ſatis fidat, oportet. „ Complura, inquit W. WHITE (*d*), mihi „ exempla nota ſunt, ubi TRa bni diu et „ haud levi in quantitate phthiſicis citra ul„ la colicæ ſymptomata præbebatur; videba„ tur multo potius vi pacante agere, et he„ cticum calorem ac ſudores compeſcere: in „ uno quodam caſu, ad quem præ primis „ animum adverti, irritabilitatem cordis et „ arteriarum adeo manifeſte imminuebat, ut „ ictus arteriarum intra minutum raro exce„ derent decadem. Contra ea compertum „ quoque habeo, ab unica hujus TRæ doſi „ dolores et diſtenſiones inteſtinorum a flati„ bus cum pertinaci alvi obſtructione fuiſſe „ oborta, ita ut, ſi in uſu ejusdem fuiſſet „ perrectum, colica ſaturnina ſine dubio „ fuiſſet conſecuta „. Inculcavit hæc etiam

(*d*) Medic. Commentar. von Edinburgh 3 Th. 1. St. 2. Abſchn. 1. Bemerk. p. 79.

Digitized by Google

multo ante F. HOFFMANNUS (*e*) „ ſatur-
„ nina . . . propter metallicam (inquiens)
„ adſtrictivam nervis inimicam virtutem tono
„ ventriculi et inteſtinorum ſunt contraria,
„ et certius ac plus nocent, quam proſunt.
„ Hinc rejiciendum ℔ni ſaccharum, et quæ
„ præ omnibus celebratur parata ex hoc an-
„ tiphthiſica TRa GRAMMANNI „ (*f*). In-
ſigni prorſus exemplo id confirmat S. A. D.
TISSOTUS (*g*): „ menſe Maji A. 1754
„ femina plebeia teneræ ſemper conſtitutio-
„ nis tuſſi per aliquot menſes et copioſa la-
„ borabat expectoratione, quam purulentam
„ tunc temporis medentibus dictam intellexi
„ tamen fuiſſe tantum mucoſam ex lympha
„ in laxo, ſed integro, pulmone alterata.
„ Cum mammas præterea puero præberet,
„ ſicque duplici rivo vires quotidie profun-
„ deret, celeriter (ut relatum eſt) ad ta-
„ bem properabat; quam præpediturus phar-
„ macopola ſvaſit, ut ſaccharum ℔ni cum

(*e*) Med. rat. ſyſt. l. c. curat. §. 14.
(*f*) Idem in BOTER l. c. Cent. I. Cap. 21 (b).
(*g*) Obſ. 2. in append. ad epiſt. ad HALLERUM p. m. 235.

Digitized by Google

„ condito roſar. ter de die ad gr. 5 degluti-
„ ret. Minuebatur expectoratio, et 6ª pe-
„ nitus ſupprimebatur; ſed jam 10ª (quæ 1ª
„ ſit novi morbi) levem anxietatem et gra-
„ vitatis ſenſationem moleſtam in abdomine
„ conqueri cœpit; alvus, quam quotidie de-
„ ponere ſolebat, omnino claudebatur; quo-
„ tidie increſcebant et anxietates et dolores,
„ 6ª die jam acerbiſſimi, zonamque ferream
„ hypochondria acerrime conſtringentem
„ æmulantes: 7ª 8ª continuo ululavit, nihil
„ educentibus aut juvantibus enematibus;
„ 9ª mane . . . anxiam, anhelam, debiliſſi-
„ mam, acerbiſſimis cruciatam doloribus,
„ et brachia jam ab aliquot horis difficulter
„ moventem inveni. Lingua, fauces ſiccita-
„ te ad rigiditatem uſque laborabant; ſitim
„ reſtingvere, dolores pacare tentaverat
„ largiſſimis hauſtibus decocti chamæmeli et
„ aniſi, quos jam pluries evomuerat: the-
„ riacam oleo nucis juglandis ſolutam pluries
„ quoque propinaverant, et alia neſcio quæ
„ ejusdem furfuris. Pulſus erat parvus,
„ frequens, celer, durus. Summa debilitas,
„ laxitas antecedentis morbi cauſa, et oe-
„ dema, quo laborabant crura, ſemicupium
„ vetabant. Protinus injici curavi enema,

Digitized by Google

„ quod habebat olei lini ℥jv, diacodii ℥j,
„ syrupi althææ et decocti chamæmeli aa ℥ij.
„ A collo ad pubem pectus et abdomen mol-
„ lissimo tegebantur cataplasmate. Jussi, ut
„ ea dosi, qua prior ægra serum lactis, po-
„ taret, calide decoctum florum malvæ,
„ cujus unicuique libræ addebant mannæ ℥jß,
„ mellis ℥j, diacod. ℥j. ut quas ludebat
„ partes suppressa sputatio, amoverem; sva-
„ si ejusdem decocti molliſſimum vaporem
„ tecto capite ore et naribus inspirare.
„ Omni bihorio enema injiciebatur; post
„ tertium aliquid levaminis observare licuit;
„ hora non dum post 4um lapsa, jamque
„ tum mannæ tum mellis hausſtis unciis cir-
„ citer octo, immaniter et ad deliquium
„ usque auctis doloribus lapideam fere se-
„ dem oleo innatantem dejecit, urinamque
„ valde fœtidam et rubram copiose min-
„ xit. Per noctem, quam sævam adhuc ex-
„ perta est, sexies denuo alvum deposuit:
„ 10a deerant propemodum dolores; dulci
„ jam madebant rore os et fauces; sed im-
„ potentes manus. Debiliſſima ægra per bi-
„ duum eundem continuabat potum, cui
„ missio diacodio addebatur syrupus ℥ rad.
„ Succedebant sedes, redux erat sputatio;

Digitized by Google

„ nulla tamen aut fere nulla tuſſis: 13ª em-
„ plaſtrum galbani crocatum apponebatur
„ toti ſpinæ tractui et abdomini, et bolos
„ adhibui ter de die ex camphora, benzoe,
„ aſa fœtida, ℈ℓ helenii, et parca balſami
„ Peruv. ſaccharo contriti quantitate, ſuper-
„ bibendo decoctum ex bardana, ſaſſafras et
„ anth. ſimul inferiores partes ſuccinatis
„ pannis fricari curabam, diætamque eupe-
„ ptam ſvaſi. Per 6 dies adhibiti hac me-
„ thodo, 20ª nimirum morbi, jam move-
„ bat manum ſiniſtram; 30ª optime vale-
„ bat. Ut vero deinceps didici, æſtivo
„ imbre incaute madefacta, tuſſique denuo
„ prehenſa, ineunte Decembri tabida obiit„
In hac igitur hiſtoria ab ſaccharo ♄ni et ſputa fuere ſuppreſſa, et atrox colica excitata. Unde ſatis liquet, quam parum ſaturninis interne datis fidendum ſit! Multo ergo illis tutius eodem ſcopo ſuffici poſſet remedium ex magneſia vitriariorum, aceto, ſulphure et cera conflatum, quod J. C. JACOBI (*b*) nuper commendavit. Tutiora quoque ſunt

(*b*) Nov. act. nat. cur. T. 2. obſ. 65. p. 248.

Digitized by Google

b) *Acida mineralia*, præſertim vero acidum vitriolicum, de quo M. ETTMÜLLERUS (*i*) plurimum ſibi in curanda hectica pollicetur, et „ de alumine (ajens) et ejus „ dulcedine ſaccharata notum eſt, quod ab „ omnibus practicis commendetur ad hecti„ cam. Sunt, qui ℔ui vini adjungunt ℔um „ aluminis, unde fit ℔us aluminis dulcis, „ quo ipſo chymicus quidam in Polonia fa„ miliariſſime in hectica utebatur„. Egregias acidi vitriolici vires in binis hecticis M. A. WEIKARDUS (*k*) eſt expertus: „ fluxus „ albi corrupta materies poſt uteri inflamma„ tionem ſuppreſſa in matrona quadam fœ„ cundiſſimum ſequentis mox favente epide„ mia febris putridæ præbuerat fomitem. „ Peſſime morbus iſte ægram per dies 15 „ exercuerat. Fuerat autem matrona iſta „ jam ante has febrium ſcenas cachectica, „ materiei vitiatæ ex muliebribus copioſiſſi„ me manantis effluxu exhauſta, macilenta, „ ſitiens mane labiis ſiccis, pulſu frequenti „ hectico, laſſa ad motum, et reliqua. Haud

(*i*) l. c. p. 315. ſq.
(*k*) Obſ. medic. p. 108. ſqq.

Digitized by Google

„ multa eo circa ſalutis exſpectatione diſti-
„ nebar. Præter evacuantia fere omnem in
„ acidis ſpem non irrito conatu poſueram:
„ aquam acido minerali ac ſyrupo miſtam
„ pro aſſiduo potu ac medicamine habuit.
„ Evaſit tandem, quæ acerbe ægrotaverat,
„ atque ſenſim reconvaleſcens et omnem ad
„ hecticam diſpoſitionem et uteri fluxum per-
„ didit. Rediit quidem poſt aliquot menſes
„ demum fluxus iſte uteri, ſed albus, par-
„ cior, minus acer. Concluſeram itaque ex
„ iis, fuiſſe in acidorum uſu vim quamdam,
„ quæ humorum corruptionem corrigeret,
„ indeque hecticum abigeret calorem. Al-
„ tera nunc adfuit matrona tenera, quam
„ fluxus uteri decolor copioſiſſimus, maci-
„ lentia, calor quidam hecticus, labiorum
„ ficcitas perpetuumque ſangvinis ex utero
„ ſtillicidium diu vitiaverant, atque non
„ pridem abortum alterum perpeſſa fuerat...
„ Oleum itaque vitrioli cum aqua et ſyrupo
„ per longum tempus exhibui; addidi non
„ nunquam elixirium vitrioli MYNSICH-
„ TIANUM. Minuebantur ſenſim dicta mox
„ ſymptomata, atque ea, quam ad hecticam
„ habuit, diſpoſitio. Matrona poſt hæc
„ gravida facta eſt, feliciterque partum tu-

Digitized by Google

„ lit. Cum autem et ſub hac, uti ſub prio-
„ re, quam abortus exceperat, graviditate
„ non nihil ſemper ſanguinis ex puden-
„ dis ſtillaret, acidum HALLERI elixi-
„ rium . . . optimo cum effectu porrige-
„ bam „.

c) *Cortex Peruvianus* non antifebrilis modo, verum et ſumme antiſepticus, hecticas non raro auſpicato profligare viſus eſt, præ primis eas, quæ ex intermittentibus pullularunt, aut ab reliquiis variolarum ſunt enatæ, aut quas nervoſi ſyſtematis inſignis labes, qualem J. MURALTUS (*l*) quodam in juvene obſervavit, produxit, &c. Ita R. MORTON (*m*) „ filius (ait) meus unicus „ antequam annum ætatis octavum attigerat, „ me abſente dyſenteria truculentiſſima cor-
„ ripiebatur, a qua ante meum reditum tabe
„ uſque ad marasmum confici videbatur. Poſt-
„ quam vero diligentiſſimo uſu remediorum
„ omnigenorum dyſenteria plane vincebatur,
„ et alvus in ſtatum naturalem redigebatur,
„ manebat adhuc calor hecticus, cutis arida,

(*l*) Miſc. nat. cur. dec. 2. ann. 7. obſ. 120.
(*m*) l. c. L. 1. C. 7. hiſt. 2.

Digitized by Google

„ pulſus celer, cum aliis febris hecticæ ſi-
„ gnis: inſuper appetitus plurimum deficie-
„ bat, tuſſis arida invadebat, et ſurditas
„ aliqualis cum hebetudine cerebri. Ex ele-
„ ctione vero aeris ſalutiferi, uſu lactex
„ diætæ, et poſt ea corticis Peruviani, et
„ nutrimenti euchymi et pleni ſpatio 3 vel
„ 4 menſium εὐχρους et εὐσαρκος evaſit; niſi
„ quod ab illo tempore uſque huc a minima
„ occaſione tuſſi aſthmaticæ valde pronus
„ maneat „. A. NUNN (*n*) perinde tribus
in ægris ſingularem hujus corticis vim *anti*-
hecticam eſt expertus. „ Vir 50 et quod
„ excedit annorum, athletici corporis habi-
„ tus, ordinario bis per annum largiſſimum
„ hæmorrhoidum fluxum patiens, ante 3
„ annos in febrem incidit tertianam. Medi-
„ cus . . . per integros 6 menſes febrem
„ hanc TRis ac MRis bezoardicis, ℥bus abſor-
„ bentibus ac nitroſis, interpoſitis laxantibus,
„ fatigare conabatur; . . . interea febris ...
„ in quotidianam migrat, ac tandem nec
„ 3næ nec quotidianæ typum ſervans irregu-
„ lariter incedit. Tuſſis cum ſputo cruento

(*n*) Act. acad. ſcient. Mogunt. A. 1778-9. p. 209.

Digitized by Google

„ vix non erat perpetua, adeo ut diu no-
„ ctuque ſomno frui ipſi non liceret; ſudo-
„ res colliquativi, plane deficiens eſculen-
„ torum et, quod plus eſt, potulentorum
„ omnium appetentia, virium ſumma pro-
„ ſtratio, ægrum in deplorabilem adeo de-
„ jecerunt ſtatum, ut . . . de felici ſucceſ-
„ ſu vix non deſperarem. Febrem vero
„ primario reſpiciens cortice aggrediebar
„ morbum, ſola fere gelatina ex rad. ſalap
„ ac decocto ex 4 partibus rad. chinæ cum
„ una parte liquirit. largiorique doſi oxym.
„ ſimpl. remixto ventriculum et vires ægri
„ eo uſque ſuſtinens, quo alia nutrimenta
„ appetere incipiebat: ſicque 3 ſeptimana-
„ rum ſpatio omnem febrilem fomitem ex-
„ ſtinxi. Remanebant vero virium proſtra-
„ tio, tuſſicula, ſudores adhuc nimii; quæ
„ omnia ſymptomata longiori decocti ligni
„ quaſſiæ uſui cedebant adeo, ut reſtituto
„ quoque hæmorrhoidum fluxu nunc ſanus
„ vegetusque vivat „. Porro (o) „ matro-
„ na nobilis 35 annorum, habitus corporis
„ gracilis, temperamenti cholerici, variis

(o) Ibidem p. 210. ſq.

Digitized by Google

„ antea defluxionibus ac catarrhoſis inſulti-
„ bus vexata, autumno A. 1775 febre ca-
„ tarrhali corripiebatur ſat gravi, typum
„ ſuum circa horam 5 veſpertinam ſiſtente,
„ quæ multum increſcens ſudores prolixio-
„ res, appetitum una cum viribus plane
„ proſtratum, urinam ſedimentum lateritium
„ copioſiſſime doponentem, inducebat, ac
„ terminum ſuum juſto longius protrahebat,
„ ita ut cortice tandem uti neceſſe eſſet;
„ quo tamen ad 6 ſeptimanas protractam ac
„ ſubdolam hanc febrem exſtirpare facile
„ licuit. Anno vero inſequente autumnali
„ rurſus tempore ad finem ſecundæ poſt par-
„ tum pueri ſeptimanæ finitis juſto termino
„ lochiis febre quotidiana iterum corripitur.
„ Igitur laxans antiphlogiſticum ordinatur;
„ febris vero acceſſiones in dies ſeveriores
„ hora 2ª pomeridiana incipientes et hora
„ primum 4ª matutina deſinentes efficiebat:
„ ſudores tota nocte erant enormes, ſitis in
„ exſtinguibilis, noctes per totum vigiles,
„ urina flammea etiam extra paroxyſmum
„ cum ſedimento intenſe rubro, volæ ma-
„ nuum et genæ inſigniter rubeſcentes et ab
„ acri calore nunquam penitus liberæ. Re-

„ mittente

Digitized by Google

„ mittente paroxyſmo ſummam ægrota patie-
„ batur virium proſtrationem, maxima ipſi
„ erat ad iram proclivitas, appetebat omni-
„ no nihil, diarrhœa ac tuſſis ferox magis
„ adhuc vires frangens emaciationem corpo-
„ ris augebat adeo, ut vix non facies HIP-
„ POCRATICA ipſi eſſet. Tantis ægrota
„ fere ſuccumbens malis cum et alimenta
„ omnia reſpueret et abhorreret, gelatina
„ fere ſola ex rad. ſalap cum ſaccharo et
„ ſucco citri parata per aliquot ſeptimanas
„ alebatur. Durante paroxyſmo temperanti-
„ bus, in primis acidis vegetabilibus ac mi-
„ neralibus furorem febris infringere omni
„ conatu allaboravi; tempore vero remiſſio-
„ nis MR[a] ex aqua ceraſ. nigr. extr. cort.
„ Peruv. caſcaril. aquoſo, paucis guttulis
„ naphthæ nitri et ſimilibus compoſita omni
„ bihorio ægræ propinabatur. Sed febris
„ eodem pergens tramite uſque ad finem
„ 3æ ſeptimanæ plane rebellis perſiſtebat:
„ quo tempore electuarium ex ℥e cort. Pe-
„ ruv. cum ſyr. roſ. ſolut. parato, ac dum
„ propinabatur, aqua cinnamomi ſine vino
„ diluto, hoſtem hunc ferociſſimum ita ag-
„ greſſus ſum, ut quovis remiſſionis ſpatio
„ primis diebus ad ʒſs, deinde ad ʒiij, et

Digitized by Google

„ tandem ad 3 ij illud propinari jusserim, eo „ quidem felici successu, ut febris cum omnibus indicatis symptomatibus 6a septimana „ penitus eradicata fuerit „. Rarum hoc sane exemplum est febris hecticæ typo quotidianæ illudentis aut (si mavis) quotidianæ indole hectica præditæ, corticeque profligatæ; neque etiam vulgare est phthiseos mucosæ febricula simili stipatæ ab eodem Auctore (*p*) observatum: „ mulier 36 annorum „ subitanea corporis emaciatione perterrita, „ cum ciborum quoque appetentiam *magis* „ magisque imminui, ac vix non *perpetua* „ tussi plerumque sicca se torqueri sentiret, „ tussiendoque sat raro mucum pauciſſimum, „ immaniter vero viscidum, exscrearet, cumque virium accederet decrementum, vagique febriles, leniſſimi licet, insultus accederent, de vita sua actum esse credens „ medicamentorum usum respuebat. Animum vero ejus erigens remedia resolventia, in primis gummi ammoniacum, oxymel scilliticum, extr. ligni quassiæ, et „ paucam quantitatem kermis min. interpo-

(*p*) Ibidem p. 211. sq.

Digitized by Google

„ ſitis continuo parcioribus corticis Peruv. „ doſibus exhibui, et hac methodo ægram „ intra 3 menſes reſtitui. Evacuandi fine „ nihil ordinavi, niſi quod ſæpius, quando, „ reſolutionem viſcidi per potentiora reſol- „ ventia remedia factam eſſe obſervarem, „ cortici ℈ rhabarbari junxerim: qua me- „ thodo aliorum evacuantium vices rite ex- „ plevi. Tempore medicationis ſputa co- „ pioſiſſima evacuabat ægra, ſed ſemper „ craſſiſſima, et licet de putrido ac nauſeo- „ ſo ſapore aliquoties conquereretur, nec „ veſtigium tamen purulentæ indolis in ſpu- „ tis unquam detegere potui „. Duplicem adhuc febris hecticæ ex intermittente ortæ et cortice percuratæ caſum haud ſpernendum memorare juvat (*q*): homo „ ex autumnali „ tertiana exquiſita, aliquoties jam cortice „ coacta, ſemper recidivus demum in febrem „ tabidam marasmoden inciderat. Confeſtim „ judicavi ipſum corticem magis eſſe adhi- „ bendum, et conſtitui, ut parva doſi ſæ- „ pius per diem ℥ſ ſumat: et 6 ſeptima- „ narum ſpatio ſoſpes factus fuit „. Simil-

(*q*) Obſ. clin. noſoc. Varſav. Faſcic. 1. p. 52.

Digitized by Google

limum huic narrat J. P. F. KOEHLERUS (r) de juvene 18 annorum, ſanguineo-cholerico, quartanam 15 menſium varie a variis tractatam paſſo, quæ tandem ita degenerauerat, ut æger ſolitis diebus ac horis levem tantum horripilationem, poſtque hanc phlogiſticum ſenſerit calorem, ſolo tamen ſuper lectum decubitu brevi fugandum. Interea ſub nimio diebus intercalaribus appetitu continua tuſſi ſicca pectorisque conſtrictione cum intercurrentibus quotidianis phlogoſibus hecticis vexabatur. Conſultus Auctor corticem, tametſi multum ſe ejus jam abſumpſiſſe teſtaretur æger, illiusque uſui mala conſecuta imputaret, porro uſurpandum ſvaſit, deditque quotidie ſelectiſſimi corticis ℥jſ cum arcani dupl. ℈ij e vino veteri pro doſi. Poſt ſextam doſin 4ta reliquiæ evanuere, ſuperſtite ſicca illa tuſſi cum hectico faciei volarumque a paſtu calore. Datum igitur in 14 dies infuſum vinoſo-aquoſum e plantis amaris tonicis et cortice Peruviano ter quotidie hauriendum. Abhinc vero denuo ad uſum

(r) Commerc. Nor. T. 12. A. 1742 hebd. 39. art. 2. p. 309. ſq.

Digitized by Google

prioris ℥ris chinati reditum, cujus diebus apyretis 3 cuſpides cultri e vino ſumendæ imperatæ ſine ullo alio remedio, diæta tantum accurata injuncta. Quo factum eſt, ut et tuſſis et calores hectici intra 14 dies conquieverint, appetentia evaſerit naturalis, carnesque ac vires in dies manifeſte ſuccreverint, continuatoque porro eodem remedio juvenis ſanior, quam unquam ante, factus fuerit. Perinde „ obſonator quidam, inquit „ v. RIEDLINUS (s), cum poſt febrem „ intermittentem minus recte curatam ferme hecticus evaſiſſet, ex dicti corticis „ uſu levamen ſtatim ſenſit; quod et . . . „ in gravida quadam hectica ex dicta febre „ obſervavi, cui omnia alia medicamenta „ tantum, quantum hic cortex, non profuere „. Atque ex his obſervationibus abunde liquet, quanta ſit corticis Peruviani ad profligandas varias hecticas efficacia: cujus eo etiam valentior futura eſt virtus, ſi cum aliis coindicatis remediis exhibeatur, v. g. cum ♂e vel antihectico POTERII,

(s) l. c. ann. 2. Octobr. 4. p. 477.

Digitized by Google

quod ſuis in ægris RIEDLINUS (*t*) læto cum ſucceſſu inſtituit. Abſtinendum tamen eſt, monente J. W. BAUMERO (*u*), a cortice, ubi viſcerum obſtructiones lentæque inflammationes hecticam cauſant „ quo ſcili„ cet febris, perſiſtente ejus cauſa, non „ mitigatur, ſed imminutis excretionibus „ calor febrilis atque anxietas majora in„ crementa ſumunt„. Hujusne ergo commatis fuit caſus, quem nobis imperfectum licet L. HEISTERUS (*x*) reliquit? Matrona ad 30 annos nata, robuſta et ſana, rure e nuptiis, ubi multum ſaltatum, redux moleſtiam quamdam pectoris (forte a perfrigeratione vel gelido potu æſtuanti corpori ingurgitato) ſentire cœpit cum tuſſi multisque ſputis, mucoſis primum, dein ſpumoſis et quandoque cruentatis. Neglecto aliquamdiu malo ſupervenit anomala febris cum æſtu vago. Tum vero varia, at ſine ſucceſſu, uſurpata; imo calere mammæ et dolere cœperunt cum aſthmate et inſigni cor-

(*t*) Vide §§. 53 b) & 34. No 3.
(*u*) l. c.
(*x*) Medic. chir. u. anat. Wahrnehm. 2 B. No 482.

Digitized by Google

poris extenuatione. Ea propter præter alia Selterana etiam aqua cum lacte caprillo, tum elixir pectorale cum aniso et Ωu sal. ammon. data, interpolatumque rheum vel pilulæ STAHLII; sed omnia in cassum. Febris jam typo 3næ duplicis quotidie invadebat; cui nil nisi temperantia et leniter diaphoretica e lap. 69 citr. ʒ io diaph. et pauco nitro perinde frustra oppositа. Tandem febris more veræ quotidianæ hora 10 matutina repetebat valido cum frigore, vehementique dein æstu, dolore pectoris ac dorsi, et magna tussi, at sine ullo dolore secuto, et in vesperam usque durabat, et quandoque media iterum nocte cum vehementi tussi multoque erumpente sudore affligebat; qua cessante æstus p. n. continuus superfuit. Cumque ægra in dies magis extenuaretur ac debilitaretur, cortex Peruv. in decocto remissionis tempore hauriendo porrectus cum elixir ex liqv. terr. fol. tartari, extractis amaris ac vino malvatico; ante invasionem potus infusi chamomillæ in lecto imperatus; et si forte alvus fieret segnior, rhei usus q. s. consulebatur. Diætæ animalis loco vegetabilis acidula injuncta cum potu aquæ vino pauxillo remixtæ.

Digitized by Google

At ne his quidem, diu licet uſurpatis, vel hilum profectum eſt. Menſes interea, qui ab ultimo ante annum tolerato puerperio uſque huc rite, parcius tame ſolito, procedebant, nunc omnino emanſere, viribus et appetentia proſtratis, et paroxyſmi tempore interdum vomitu oborto. Idcirco majore doſi cortex ſumendus imperatus:

℞. ℥ cort. Peruv. ſubtiliſſ. ℥ij
Syr. acetos citri q. ſ. F. elect. molle, et S. remiſſionis tempore, quantum poteſt. Exitus morbi ignoratur.

d) *Mixtura* M. GRIFFITHII (γ) memoranda ſupereſt, nitroſa alia, alia ſine nitro. Poſterioris formula ita ſe habet:

℞. Myrrhæ ℥j, ſolve terendo cum
∇æ alexiter. ſimpl. ℥vjß, et
∇æ Ωsæ cujuscunque ℥vj. viij. Adde
Salis abſinthii ʒß
Vitrioli martis gr. xij.
Syr. ſimpl. ℥ij. F. MR^{a} in 4 hauſtus dividenda, ſumendaque mane, 5^{a} a meridie,

(γ) Samml. auserl. Abhandl. zum Gebrauch pract. Aerzte 6 Band 4 St. p. 579. ſqq.

Digitized by Google

et hora decubitus. Quod ſi loco ſalis abſinthii addas nitrum a gr. 32 ad 40, erit MRa nitroſa. Quocunque autem ordine ingredientia combinentur, idem ſemper eſt remedii effectus; at notat interpres optime fieri, trito primum ſale abſinthii cum myrrha, tum aquis, ac demum vitriolo addito: æquabiliſſima enim eſt, colorem diutius retinet, ſedimentumque ponit tenerius, quod agitatæ MRæ facilius reunitur, quam alioquin. Aquarum autem miſcela myrrham prorſus ſolubilem reddit, quo fit, ut ſtomachum minus gravet, faciliusque forſan etiam humores ſubeat. Uſu quidem didicit, omiſſa etiam aqua ſpirituoſa, ne æſtum accenderet, MRam confici poſſe; ambigit vero, ſemperne illam perinde ferat ſtomachus. Doſes augeri ſenſim poſſunt, myrrhæ ad gr. 17. 18. ſalis abſinthii ad gr. 10, et vitrioli ad gr. 4; at præſtat a minore cœpiſſe doſi; remittentibusque ſymptomatibus duas tantum quotidie præbere doſes, quarum ſingulis myrrhæ inſint gr. 18 aut 20, ſalis abſinth. gr. 12, et vitrioli gr. 5 vel 6: quæ doſis maxima eſt, quam Auctor exhibuit. Ut ut vero nauſeoſa forte MRa videri poſſet; nunquam tamen ſeu vomitum ſeu aliud cauſavit

Digitized by Google

incommodum. Quantum vero jam ad alterutrius MRæ uſum attinet, in hecticis febribus, ubi nec æſtus major, nec ſitis vehemens, nec manifeſta inflammationis indicia præſto ſunt, dudum abhinc MRam ſine nitro adhibere conſvevit Auctor felici admodum ſucceſſu; alioquin nitroſam præbuit. Ubi vero ambiguum erat, inflammatoriæne an lentæ hecticæ indolis ſit febris, præbebat initio non nitroſam, qua nil proficiente nitroſam adhibuit; et viciſſim. Quamcunque autem earum exhibiturus erat, plerumque uſui ejus, modo vires ferrent, et inteſtinalis tubus recte ſe haberet, eccoproticum præmiſit: ſiccis et ad conſtipationes pronis ſolutione mannæ et ſalis GLAUB. cum aliquanto TRæ rhei ſpirituoſæ movebat alvum; laxis vero, et ubi irritabilia erant inteſtina, dabatur potiuncula ex magneſiæ albæ ʒj. jß. cum TRæ dictæ ʒiij. jv. Nauſea vero aut pondere ſtomachi præſente ypecacuanha ventriculum mane ſubvertebat. Ubi denique lenta febris phlogiſticæ erat indolis, moderate prius detrahebatur ſanguis ante MRæ nitroſæ uſum, ſi nempe id æſtus major, ſitis inſignis, vagi faciei rubores, ſicca et ardens cutis, ſiccaque tuſſis cum difficili ſcreatu,

Digitized by Google

ac pulſus durus, exigebant. Neque tamen omnia ab hac MRa exſpectat Auctor; namque in hectica cum tuſſi difficilique ſputo blanda oleoſa vulneraria, parvis tamen præbiis, dari conſulit; atque ubi tuſſis noctu moleſta ſomnum arcet, decubitus tempore elixir paregorici gtt. 30 ad 60 ex aquæ hauſtu concedit: a queis ſi ſputa ægrius etiam procedere contingeret, potionem ex oxym. ſcillit. ol. amygd. dulc. et ſ. q. elixirii dicti commendat. Hæc præfatus MRæ ſuæ efficacitatem exemplis commonſtrat. Mulieri (z) egenæ, teneræ, poſt nimia catamenia diu languenti, debilique cum inquieto ſomno ac febre hectica, MRa dicta, ubi circiter 16 illius doſes abſumptæ fuiſſent, priſtinam reſtituit ſanitatem. Vir (a) ad 25 annos natus ex diuturno uberique puris ab ulceribus ſucceſſive enatis proventu admodum emaciatus et remittente febricula, nulla corticis ſeu in decocto ſeu ſubſtantia doſi domanda, afflictus, ab hacce demum ope ejusdem MRæ eſt liberatus, ſumptis pro doſi vitrioli gr. 4, ſalis abſinth. gr. 10, et myr-

(z) Ibidem p. 585.
(a) Ibidem p. 586.

Digitized by Google

rhæ gr. 16 ad 18. Perinde juvenis circiter 20 annorum præ debilitate vix incedere valens, extenuatus, viſuque horridus, cum pulſu celeri, cute ſicca et ardente, vehementique ſicca tuſſi ex profundo ſonora, cum deploratus videretur, 9 tamen MRæ doſes, univerſim myrrhæ ʒij, ſalis abſinth. ʒiijß, et vitrioli gr. xxxvj conſtantis, ſumpſit, et ad tuſſim mitigandam uſus eſt cochleatim emulſione, ubi opus eſſet, ex oleo amygd. dulc. gumm. arab. aqua ſoluto, ac ſyr. althææ cum pauxilla aqua cinnam. forti, eo cum ſucceſſu, ut continuato porro MRæ uſu intra 11 hebdomades plane convaluerit: cumque Novembri menſe febris reverſa fuiſſet, eodem iterum remedio eſt profligata. Porro (*b*) illuſtris femina juvenis teneræ debilisque compagis, in 6 hebdomades ægrotans, a vehementiſſimis hyſtericis inſultibus ad extremam virium debilitatem redacta eſt, nihil opitulantibus cunctis remediis hic alias uſitatis. Somno pene omni carebat, opiataque inquietudinem potius pro quiete cauſabant; fœtida quæque antihyſte-

(*b*) Ibidem p. 588.

Digitized by Google

rica malum exaſperabant, cortex aliaque cardiaca nil proderant. Sudoribus ægra 12 minimum horas quotidie durantibus diffluebat, magnamque reddebat vim lotii pallidi. Aderat anorexia cum ſiti non levi, bisque intra hoc tempus vehementibus ructibus ſpasmodicis laboravit. Solis tenuibus juſculis copioſe ſumptis ſe ſe ſuſtentabat. Æſtus adfuit mediocris, pulſus celer ac debilis, at virium proſtratio tanta, ut inter loquendum animo pene defecerit. Præſcripta ergo MR^{a} :

℞. Myrrhæ ℈ijß, tere cum
▽^{æ} menthæ vulg. ſimpl.
— puræ aa ʒij
— cinnam. ſpirit. ʒß; dein adde
Salis abſinth. gr. xxjv
Vitrioli mart. gr. x.

Syr. ſimpl. ʒj. M. F. 4 hauſtus 6^{a} quaque hora ſumendi; a queis mox levamen ſenſit. Idcirco biduum adhuc MR^{a} data; abhinc vero per 3 vel 4 hebdomades 8va quaque hora capiebat ½ MR^{æ} e myrrhæ ʒj, ſalis abſinth. ʒß, et vitrioli gr. xij conflatæ, miſſis omnibus aliis remediis: unde omnia ſymptomata præter debilitatem conquievere. Paucis poſt diebus, quam MR^{a} dari cœpta, lac aſininum ſimul potare aliquamdiu cœpit;

Digitized by Google

interpoſitoque dein uſu infuſi corticis Peruv. frigidi pro reſtaurando ſtomachi tono, ad lac reverſa illud, quoad plane convaluit, uſurpavit. Profuit idem hoc remedium (*c*) juveni viro hecticam cum tuſſi perpeſſo. Tanto autem majus eſt ei pretium, quod etiam ſymptomaticæ hecticæ in diabete mederi ſit viſa (*d*): illuſtris vir prope ſexagenarius per aliquot hyemes vehementi tuſſi obnoxius admodum inde evaſit debilis. Ineunte autem Januario 1775 ſymptomata diabeti ſolennia oborta ſunt, quæ ſenſim ingraveſcebant cum febricula lenta, ſiti magna ac pene aſſidua, ſiccitate oris, ſaliva ſpumoſa alba lenta. Lotium copioſum procedebat, odoris violacei, ſaporis mellei: unde vires cadebant, ægerque emaciabatur. Decoctum corticis Peruv. magna copia ſumptum breve tantum levamen attulit; nec plus profuit potus aſſiduus aquæ Briſtolienſis cum vino Portuenſi rubro. Non multo poſt uſus eſt aqua calcis ſimplici cum TR^a^ corticis Peruv. et cantharidum. Porro eædem TR^æ^ cum aqua

(*c*) Ibidem p. 594.
(*d*) Ibidem p. 591. ſqq.

Digitized by Google

Briſtolienſi et Portuenſi vino rubro, nec non ſerum lactis aluminoſum, deinceps cortex Peruv. in ſubſtantia, et ſuccus catechu cum ſero lactis aluminoſo, propinabantur; at omnia necquicquam. In dies magis debilis æger extenuabatur. Tandem ſequens MRa præſcripta:

℞. Myrrhæ ℥j, tere cum
∇æ alexiter. ſimpl. ℈vij
— nuc. moſch. ℈ß
TRæ cort. Peruv. ſimpl. ℥vj. Dein adde
Salis abſinth. ℈ij
Vitrioli mart. gr. xvj
Sacch. alb. ℈ij. M. S. quotidie mane, hora 5a a meridie, et hora decubitus ampla cochlearia jv. Uſus eſt hac MRa a 18a Martii uſque ad 4am Aprilis. Unde ocyus omnia ſymptomata ſenſim remittentia demum ex toto deſiere, ſuperſtite tantum debilitate, et lotio adhuc juſto uberius procedente. Quæ cum a ſuperſtite adhuc atonia foveri viderentur, data bis quotidie vini chalybeati circiter duo cochlearia theata, et elixir vitrioli acidi gtt. xx ad xxx ex hauſtu aquæ Briſtolienſis, poſteroque mane jejuno ſtomacho rhei ℈j, ſicque alternis diebus hæc remedia ſumendo pergebat, quoad vini ℥ij ab-

Digitized by Google

ſumpſit. Inde alterno mane ſolummodo rhei ʒj datus, donec prorſus convaluit. Quando autem hectica ſonticas viſcerum obſtructiones vel inſignem humorum degenerationem comitatur, tunc monet Auctor (*e*), in ſua hac etiam MRa tam parum atque in aliis remediis eſſe ſpei; interea tamen vel tunc palliativo datam ſcopo non pœnitendos præſtitiſſe effectus. Sic illuſtris femina jam ab anno fere hecticam ad omnia alia contumacem paſſa ab uſu MRæ per menſem continuatæ ita per omnia emendabatur, ut priſtina ſanitas propediem reditura crederetur. Verum nimia debilitas morbique reverſio ſenſim iterum ingraveſcens, demumque ſecuta mors, docuerunt mali cauſam remediis majorem eſſe debuiſſe. Melius vero alius (*f*) ceſſit caſus: illuſtris altera femina ad 18 annos nata poſt pleuritidem iterata Væ Se ſuperatam incidit in hecticam ardentem cum pulſu celeri, fugitivo faciei rubore, vehemente tuſſi ſicca, ſputo difficili, cuteque arida et calente. Data ei MRa e myrrhæ gr. xv, vitrioli

(*e*) Ibidem p. 595.
(*f*) Ibidem p. 597.

Digitized by Google

vitrioli gr. 4, nitri gr. 8 ad x, bis terve per diem uſurpanda ad pharmacopœi arbitrium, eo quod ægra procul ab Auctore degeret. Ad tuſſim vero leniendam ſputave prolicienda uſui dabatur MR^{a} oleoſa pectoralis acido ad gratiam remixta. Lapſa circiter hebdomade ſvaſit Auctor patrium ad aerem reditum, aſininique lactis cum abſorbentibus, ſub exquiſita ac maximam partem vegetabili diæta, uſum, MR^{æ}que continuationem, et ejus aliquo poſt tempore duas non niſi doſes, ſingulas e myrrhæ ℈j, nitri gr. x, vitrioli gr. v. conſtantes, quotidie capiendas. In itinere male admodum habere cœpit, donec vel tuberculo vel exigua vomica pulmonali rupta puris cruenti circiter cochlear ejeciſſet. quo facto continuo melius ſe ſentiens itinere confecto, uſuque MR^{æ} et lactis aſini- ni continuato plane convaluit. Denique cum myrrha ob ingratiſſimum ſuum ſaporem ab infantibus ægerrime aſſumatur, eam Auctor ſimilibus in caſibus omittere conſvevit. Sic (*g*) puellæ ſexennis meminit, quæ diu jam ægrotando perquam debilis;

(*g*) Ibidem p. 600. ſq.

Digitized by Google

languida, et emaciata evaſit, depaſcente illam febre hectica vehementi cum valida tuſſi ſicca totam pene noctem affligente. Poſt varia fruſtra adhibita præſcripſit GRIFFITH

℞. Nitri purif. ℈j
Sal. abſinth. gr. xv.
Vitriol. mart. gr. vj
Aquæ puræ coctæ ℥ijſs
—— nuc. moſch. ℥jſs
Syr. pectoral. ℥ſs. M. F. 4. hauſtus, S. ter de die unum. Ante ſomnum *dabatur* potiuncula e nitri gr. v. ſpermatis *ceti* gr. xv. elixir paregor. gtt. xx, et ſyrupo confecta. Tuſſi proſpectum MR^a pectorali oleoſa cum ſyr. limoniorum. Ab his intra triduum febris tuſſisque multum remiſit. Uſurpato porro per aliquot dies remedio dein rus conceſſit, potoque lacte aſinino a morbo liberata eſt. Similem quoque caſum inferius (*b*) viſuri ſumus. Ex omnibus autem hactenus allatis hiſtoriis manifeſte colligitur, quanti MR^a GRIFFITHII in curatione febris hecticæ ſit facienda. Inter-

(*b*) Vide §. 65.

Digitized by Google

pres quoque illius (*i*) occaſionem nactus eſt remedii hujus periculum faciendi: vir nempe ex febre hectica ad laudatiſſima quæque remedia copioſe data contumaci decumbens ac fere jam depoſitus uſu MRæ dictæ ſanitati eſt redditus. Haud ſecius mulier ab exanthemate ſquammoſo albo frontis uſu tandem acidi vitriolici vindicata incidit in gravitatem artuum ac laſſitudinem cum anorexia, pulſu parvo et parumper celeri, pallore, animi dejectione, copioſisque ſudoribus nocturnis. Applicatis utrique brachio e cortice thymeleæ exutoriis, et datis MRæ myrrhinæ 16 doſibus, nocturni ſudores conquieverunt, priſtinæque vires mulieri ſunt reverſæ.

(*i*) Ibidem p. 590 nota (*).

Digitized by Google

SECTIO II.

CHIRURGIA.

CAPUT I.

SANGVINIS MISSIO.

§. 56.

SANGVINIS *missio* in curatione hecticæ febris non eſt temere inſtituenda; ne, ſi morbo ad incitas vergente facta fuerit, exitium accerſat. Locum vero vel maxime habet per principia morbi, viribus conſtantibus, inflammatione lenta præſente, et ubi ſolennis ſanguinis vacuatio non facta febrem hanc accivit. Verum ubi provecti jam morbi ſymptomata adſunt, ingens nempe virium imbecillitas, macies oſſea, febris vigens, &c. ſanguini omni ratione parcere oportet; ut quem alioquin brevi plerumque etiam vitæ jactura ſubſequatur (*k*). Hinc quemad-

(*k*) F. HOFFMANNUS medic. rat. ſyſt. l. c. cur. §. 7.

Digitized by Google

modum V^æ S^a in hecticis tempestive facta, teste G. E. STAHLIO (*l*) perquam est utilis, et medicationem reddit multo faciliorem: ita, ubi conclamata jam pene re instituitur, non potest non infeliciter cadere. Utriusque eventus exempla rem illustrabunt. GALENUS (*m*) „ ego (ait) cuidam mulierculæ „ jam 8 menses purgationis menstruæ sup- „ pressione laboranti, extenuatissima cum „ esset, haud exiguo detracto sangvine bre- „ vissimo tempore habitum restitui: sicut et „ alias non paucas eodem modo ad sanitatem „ reduxi „. Similem quoque successum res nacta est in casu ZACUTI (*n*): „ quidam „ 30° ætatis anno constitutus, hirsutus et „ niger, affectu mirachiali diu corripitur; „ pro cujus curatione medici varia sed fru- „ stra machinati sunt auxilia, quousque tem- „ poris processu excarnis et velut tabefa- „ ctus ad summam cum febri redactus est „ maciem. Illi ad referandas obstructiones „ apozemata aperientia parant, serum lactis

(*l*) Colleg. cas. magn. Cas. 29 p. 349. sq.
(*m*) In HIPPOCR. epid. L. 6. comment. 3. No 29.
(*n*) l. c. L. 3. Obs. 4.

Digitized by Google

„ multiplici medicamentorum ſilva præpara-
„ tum, cardiaca et roborantia et chalybeata
„ medicamenta propinant: quibus cum nihil
„ proficeret, me vocant. Huic cum venæ
„ turgerent nigro ſanguine plenæ, primo
„ acceſſu, ne copioſiori facta vacuatione vi-
„ res dejicerem, ad levandam plenitudinem
„ melancholicam hirudines mariscis affigen-
„ das curo. Hac vacuatione celebrata cum
„ pulſus, qui antea erat puſillus, eſſet ro-
„ buſtior factus, ter baſilicæ ſectionem re-
„ iterandam juſſi. Tunc pulſus firmior eſt
„ factus, æger alacrior redditus, et detracto
„ ſanguine nigerrimo . . . recreatis viribus
„ a febri immunis ad priſtinam redactus eſt
„ ſanitatem „. Contra vero Belgæ LO-
TICHII (*o*) Væ So haud ita feliciter ceſſit. Haud aliud F. HOFFMANNI (*p*) viro ma-
cilento et cholerico evenerat „ qui ex hære-
„ ditaria quadam et nativa diſpoſitione pul-
„ monum alebat vitium, ac præterea ob ni-
„ mias lucubrationes, vitamque nimis ſeden-
„ tariam, variasque animi ex ira commo-

(*o*) Vide §. 44.
(*p*) l. c. Obſerv. 4.

Digitized by Google

„ tiones, corporis et ſtomachi ſibi contra-
„ xerat imbecillitatem. Hic ab aliquot jam
„ annis magnam pituitæ viſcidæ copiam
„ ſcreatu ejecerat, hæcque ejectio mirum
„ demum copia increvit, et per 2 fe-
„ re menſes cum lenta febre, ſpirandi diffi-
„ cultate, viriumque jactura, nec non exqui-
„ ſito ſub urinæ emiſſione ardore duravit.
„ Tum quidem æger emulſionibus, juſculis
„ medicatis, et decoctis demulcentibus, in-
„ terpoſitis clementer alvum laxantibus,
„ cum ſanitate in gratiam rediit. Exacto
„ vero circiter anno eidem malo denuo
„ implicitus eſt. Alium igitur in conſilium
„ adſcivit medicum, qui licet ſemper ad-
„ fuiſſet anxia reſpiratio, tuſſim tamen non
„ phthiſicam, ſed ex ſtomacho æſtuante
„ et hypochondriacum ſymptoma eſſe judi-
„ cavit, putavitque ceſſatura omnia, ſi
„ tempeſtivus prodiret hæmorrhoidum flu-
„ xus. Variis demum in caſſum adhibitis
„ de vena ſecanda conſilium dedit, flori-
„ dumque e pede extraxit ſanguinem; ſed
„ eodem adhuc die veſperi ægrum horror
„ per univerſum corpus inceſſit, ſubſequen-
„ te intenſo æſtu, nocte inſomni, virium
„ jactura gravi, et perfecta acceſſit hecti-

Digitized by Google

„ ca, qua etiam e vita menſe Martio de-
„ ceſſit „. Bina alia etiam idem Auctor alibi (*q*) exempla narrat, ubi Væ So præſente inſigni virium debilitate mortem poſt ſe traxit. Similia quoque jam olim P. FORESTUS (*r*) obſervavit: „ matronæ . . . ex
„ hectica decumbenti cum vena ſecta eſſet
„ per empyricum, paulo poſt obiit. Ita
„ etiam laicus Carthuſianus, cui Væ Sem e
„ purgationem interdixeram; quem cum
„ chirurgus præter noſtrum conſilium *ten-*
„ taſſet, et ab alio circumforaneo *die ſe-*
„ quente pilulam unam ex præcipitato ſum-
„ pſiſſet, eodem die etiam et hic exſtinctus eſt „.

(*q*) Diſs. de imprud. medicationē multor. morbor. et mortis cauſa §. 10. 12. Opp. T. 6. p. m. 298.
(*r*) l. c. L. 4. obſ. 6.

Digitized by Google

CAPUT II.

BALNEA.

§. 57.

BALNEA vero inter externa antihectica longe princeps ſunt remedium, ob multiplicem videlicet utilitatem; quippe queis cutis hecticorum aridiſſima ac perquam dura molliatur humecteturque, humores ſpiſſi et acres diluantur ac demulceantur, corpus extenuatum renutriatur, ac febris ipſa vel minuatur, vel in aliam tranſmutetur indolem, &c. Unde etiam diverſi generis balnea hic locum habent, nempe vaporis, aquæ, olei; aquoſa porro vel tepida vel frigida, &c. Pulcher ac ſuccinctus de univerſo eorum uſu locus videri poteſt apud P. ALPINUM (s); nos membratim ibimus.

(s) Meth. med. L. 6. C. 5.

Digitized by Google

§. 58.

1. *Tepida* balnea ad cutem molliendam et humectandam, humores diluendos ac demulcendos, nutriendumque corpus utiliſſima ſunt, eaque in primis

a) *Aquæ dulcis.* Veteres balneorum aquæ dulcis doctrinam dedere ampliſſimam, ut apud GALENUM (*t*) vel maxime videre eſt. Apparatus eorum fuit multiplex ac ſumptuoſus, cautelæque numeroſæ. Sed hæc ad noſtrum uſque ævum ſenſim omnia exolevere, atque ad naturæ ſimplicitatem redacta ſunt, quin tamen ex illorum utilitate quidquam perierit. Solide hac de re L. RIVERIUS (*u*) loquitur: „ apud Veteres balneorum uſus erat frequentiſſimus, et 4 „ partes habebant. In prima non nihil calida exuebantur; in ſecunda erat ſolium „ aquæ calidæ; in tertia ſolium aquæ frigidæ; in quarta vero ſudores et madores „ abſtergebantur. GALENUS (*x*) harum

(*t*) De marcore C. 6. 7. Meth. med. L. 10. C. 10.
(*u*) Prax. med. L. 17. S. 1. C. 3. p. m. 506.
(*x*) Meth. med. l. c.

Digitized by Google

„ balnei partium uſum ita moderatur, ut
„ ægri in primam partem balnei deducantur,
„ quæ vapore balnei incaleſcebat, ut pori
„ aperiantur; deinde oleo dulci perfuſi in
„ aqua calida immergantur ad corporis hu-
„ mectationem; poſt repente in aquam fri-
„ gidam injiciantur, ſubitoque educantur,
„ exſiccentur, oleoque inungantur, ut po-
„ ris condenſatis humiditas inducta retinea-
„ tur. At vero cum jam diu obſoleverit
„ illa antiquorum in balneorum uſu diligen-
„ tia, a Practicis etiam noſtris derelicta eſt
„ illa hecticorum balneandorum methodus,
„ quæ nec ſatis tuta judicatur; ſiquidem me-
„ tuendum eſſet, ne frigidæ occurſu repen-
„ tino corpus læderetur, ægerque ſubitum
„ contrariarum qualitatum occurſum ægre
„ ferret. Conſultius enim et compendioſius
„ ab iis factum eſt, dum ægros in balneum
„ aquæ moderate calidæ conjiciunt mane de-
„ poſitis excrementis natura vel arte, 2
„ vel 3 horis poſt aſſumptum jusculum
„ vel lac vel vitellos ovorum; in quo
„ tam diu æger immorari debet, donec
„ ſponte tepeſcat, ac tandem refrigeretur.
„ Cum enim GALENUS balneum frigidum
„ poſt calidum adeo neceſſarium cenſuerit,

Digitized by Google

„ ut calidum ſine frigido nihil prodeſſe
„ exiſtimet; frigidi vices ſupplentur, ſi
„ tamdiu æger in balneo moretur, donec
„ ſponte tepeſcat et refrigeretur. At ſi
„ nimis tarde hæ mutationes fiant, ut æ-
„ ger tædio afficiatur, aquæ frigidæ affu-
„ ſione balneum ad libitum tepeſcere et re-
„ frigerari poterit. Hæc tamen cautio ad-
„ hibenda eſt, ut cum triplex qualitas in
„ eodem balneo haberi poſſit, æger in ca-
„ lida parum immoretur, in tepida diutius,
„ in frigida minimum. Licet autem anti-
„ qui ex aqua ſimplici balnea parare con-
„ ſveverint, utilius tamen eſt, ea magis
„ humectantia efficere, decoctis in iis her-
„ bis emollientibus et humectantibus, ut
„ malva, althæa, violaria, &c. vel hordeo
„ et amygdalis contuſis, præcipue æſtatis
„ tempore; quia balneum ex decocto her-
„ barum citius corrumpitur. A balneo æ-
„ ger linteis calidiusculis molliter deter-
„ gendus eſt; poſtea vero inungendus oleo
„ violaceo, amygd. dulc. cum butyro in-
„ ſulſo. Poſtmodum ubi parum requieverit,
„ juſculum vel aliud ferculum ei exhiben-
„ dum eſt„. Pulchra hic concinnaque bre-
vitate RIVERIUS omnem Veterum de

Digitized by Google

balneis doctrinam est complexus, simulque emendatam nostris aptavit temporibus. „ Sed „ tenendum omnino, inquit F. HOFFMAN„ NUS (y), in genere de balneis, eadem „ commode habere locum in principio mor„ bi, et quando a viribus fractis pendet, „ nec non in lenta infantum febre; quia „ emolliunt, demulcent, rigidas fibras la„ xant, et simul humectant: nihil autem „ proficiunt in progressu morbi, sique pu„ tredo, abscessus, et exulceratio interna, „ jam præsto sunt „. Enim vero in infantum tabe a nimia voracitate ac perfrigeratione ortum habente „ non certius . . . no„ vit auxilium, quam externe usum balneo„ rum aquæ dulcis temperatorum aliquam„ diu continuatum, et interne ad expedien„ das obstructiones glandularum, venarum „ meseraicarum et lactearum crebriorem „ sed parciorem usum liquoris salini ape„ ritivi ex sale ♁ri, nitro, arcano duplicato, „ æquali pondere mixtis, et addita ½ parte sa„ lis ammon. cerevisiæ potandæ instillati „ (z).

(y) Med. rat. syst. l. c. curat. §. 15.
(z) Ibidem §. 9.

Digitized by Google

Tempeſtive omnino in uſum vocata hæc balnea quanti ſint, compluribus docemur medicis obſervatis. Sic s. SCHULTZ (*a*) „ qui-
„ dam vir, (inquit) annos 44 natus, con-
„ ſtitutionis ſiccæ, naturaque cholericus,
„ cum A. 1665 menſe Januario per aliquot
„ ſeptimanas calorem p. n. percepiſſet, anim-
„ advertit tandem ſpatio paucorum dierum
„ conſumptionem muſculoſi habitus ſeu ma-
„ raſmum totius corporis; qui cum in dies
„ majus incrementum ſumeret, conſilium a
„ me petiit. Ego pulſum ipſius explorans
„ deprehendi parvum crebrum et celerem;
„ urina vero nihil a naturali mutata eſſe
„ videbatur . . . Calor in principio ad ta-
„ ctum nullus fere deprehendebatur; ſed
„ diutius manu admota acer et mordax eva-
„ ſit. Sitis autem nulla aut pauca. Pulſatio
„ arteriarum circa tempora, quæ collapſa
„ erant, celerrima. Ordinavi ei itaque ſe-
„ quentia medicamenta alterantia tam in-
„ terna quam externa. Primo quotidie mane
„ ſequentem potionem ebibebat:

(*a*) Miſc. nat. cur. dec. 1. ann. 4. obſ. 6.

Digitized by Google

℞. Aqv. violar.
—— endiv.
—— nymph. aa ʒvj
Syr. de cucurbita
—— de endiv. ſ. aa ʒß. M. F. hauſtus.
„ . . . Secundo hora 4ª pomeridiana ei bal-
„ neum aquæ dulcis fluviatilis tepidæ impe-
„ ravi, ventriculi interim regione cruſta
„ panis vino Hiſpanico et ♁e cinnamomi con-
„ ſperſa et panno lineo cooperta. Poſt bal-
„ neum autem ſpinam dorſi, ſcapulas, atque
„ regionem circa renes hoc linimento non
„ liquefacto inungi juſſi:
℞. Mucil. ſem. cydon.
—— —— pſyll. c. ▽ª lact. extr. aa ʒvj
Lap. prunell. ʒij
Ceræ alb. parum. F. l. a. linimentum
„ molle . . . Tertio poſt inunctionem de iſta
„ emulſione ʒjv aſſumebat:
℞. Amygd. dulc. excort. non ranc. ʒij
Sem. 4. frig. maj. excort. non ranc. aa ʒij
— papav. alb. ʒß, c. ſ. q.
Decocti tenuis ptiſanæ hordeaceæ
„ F. l. a. emulſio ad ʒxvj, quæ dulcoretur
„ ſyr. de cucurb. ʒjv. M. Hiſce ita ſpatio
„ 2 ſeptimanarum continuo uſurpatis flacci-
„ ditas muſculoſi habitus ad oculum remit-

Digitized by Google

„ tebat, et carnoſa membrorum ſubſtantia „ ſolidior eſſe cœpit: nihilo minus tamen „ per unam adhuc et alteram ſeptimanam „ in uſu balnei tepidi, inunctionis et emul- „ ſionis continuavit. Sed quia ventriculi „ ipſius conſtitutio valde debilis erat, ejus „ corroborationis gratia ſequentes rotulæ... „ paratæ ſunt:

℞. Spec. diarrhod. Abb. ʒiij
Sacch. canar. alb. in ſ. q.
∇æ cinnam. cord. diſſol. ʒjv. F. l. a.

„ rotulæ. S. 11 vel 13 pro doſi. Convа- „ luit itaque vir ille ... in totum, et huc „ uſque, dum iſta ſcribo, A. 1672 pancrati- „ ce vivit, nihilque de calore hectico am- „ plius ſentit. Ubi notandum, balneum a- „ quæ dulcis tepidæ extenuatis et conſum- „ ptis admodum conducere, quod ego in „ pluribus extra præſentem caſum obſer- „ vavi„. Perinde J. N. BINNINGERI (*b*) puellæ novenni a ſemeſtri cephalalgia, febre, tuſſi ſicca, cordis palpitatione, diarrhœa pituitoſo-ſanguinea, cum ſumma corporis

(*b*) Obſ. et cur. med. Cent. 2, obſ. 12.

Digitized by Google

poris extenuatione laboranti, poſt præmiſſum anticatharticum (e rhei toſti ℈j, theriacæ opt. gr. xv, et ▽æ roſar. ℥x) imperatus per menſem lactis caprilli cum ſacch. roſaceo, et balnei aquæ dulcis uſus eo cum ſucceſſu, ut vix quinquies balneum ingreſſa, ſublatis cunctis ſymptomatibus, et corporis habitum ſenſim et ſanitatem recuperarit. Porro et M. GRIFFITH (c) alius meminit puellæ circiter ſeptennis, a pluribus jam annis ægrotæ, et nec lacte aſinino nec aliis remediis curandæ, quam vehemens febris hectica tenebat cum pulſu celeri, ſicca et admodum calente cute, ac ſicca tuſſi, noctu nullas fere inducias dante. Puella uſque adeo jam debilis et emaciata erat, ut vix remedio locus eſſe videretur. Auctor demum conſultus poſt data aliquamdiu, at perinde fruſtra, remedia ſvaſit ultimo, ut puellam veſperi in balneum non calidius, quam ferre poſſet, nec niſi per 5 vel 6 minuta mitterent. Et ecce ocyus a balneo levamen ſenſit, totaque nocte ſine paregorico placi-

(c) l. c. p. 607. ſq.

Digitized by Google

de dormiit, posteroque mane valentior et alacrior videbatur. Idcirco balnei vespertini usus deinceps vel quotidie vel alternis certe diebus repetebatur, ita ut ægra sensim diutius semper usque ad 10 vel 12 minuta in eodem moraretur. Sub idem tempus non nulla remedia adversus tussim usurpavit, pristinamque recuperavit valetudinem. Non minus proficua fuere hæc balnea ægris AMATI (*d*), pueroque BURCHARDI (*e*), et J. H. SCHULZII (*f*) rusticæ 60 annorum, quæ verna febre per transplantationem ope sui lotii farina subacti et intra suillam vesicam in camino suspensi suppressa languens brevi ad ossea redacta est maciem, cute effecta rugosa, visuque et auditu simul et loquendi etiam facultate imminutis, cum tanta virium jactura, ut vix pedibus insisteret, non nullisque horis prorsus fatua et amens videretur. Post frustra data remedia tandem vesica e camino dempta et in profluentem

(*d*) Vide §. 68 No 2. & histor. 1.

(*e*) Vide §. 43.

(*f*) Diss. sist. casus aliquot notab. ægrotor. mente alienator. Cas. 3. p. 12. (4to Halæ 1737 Resp. F. W. BRUNE).

Digitized by Google

exonerata ac eluta, tum tepida aquæ dulcis cum incoctis furfuribus et obviis quibusdam plantis balnea imperata, quorum usu vetula non multo inde post convaluit. Ejusdem quoque utilitatis futurum erat ejusdemmodi balneum J. G. VOLKAMERI (*g*) ægro, ni præmature ab illius usu destitisset. Nempe „ vir quidam illustris 60 ingressus ætatis an- „ num conqueri cœpit de insigni totius cor- „ poris debilitate, appetitu penitus pro- „ strato, et nocturna turbata quiete. Pul- „ sus erat durus celer, urina turbida, cruda, „ cum sabulo rubro . . . Tertia vocatus „ septimana . . . hypochondriacum . . . et „ hecticum eundem declaravi. Consveta in „ eo potus glacie refrigerati ratio ventricu- „ lum non saltem debiliorem reddidit, „ omnemque abstulit appetitum, sed et pro- „ pinque incumbentem in vesicula fellis bi- „ lem, lienem non procul diffitum, pan- „ creas, ceteraque vicina viscera mire la- „ befactavit. Hinc licet exiguum saltem ci- „ bi assumeret, circa præcordia gravitatem, „ vespere virium imbecillitatem, et calorem

(*g*) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 6. obs. 71.

Digitized by Google

„ cum oris ſiccitate, noctu vero ſymptoma-
„ ticum ſæpe ſudorem, de quibus frequenter
„ conqueſtus fuit, expertus eſt. Squallebat
„ præ ariditate inferius labium, ut tunicas inde
„ frequenter detraxerit. Utrique igitur
„ tam hectico quam hypochondriaco malo
„ ut commode ſubvenirem . . . balneum
„ aquæ dulcis propoſui cum optato . . .
„ ſucceſſu. Quamquam enim tum in lecto
„ vix ſe movere poterat, 4° poſt lotionem
„ die iterum ſolus in hypocauſto obambula-
„ vit. Me per aliquot dies abſente *neſcio*
„ cujus ſvaſu . . . a balneo faſtidio *et ſa-*
„ tietate abalienari cœpit, et internis ſaltem
„ uti medicamentis deinceps decrevit. Nil
„ ad votum fuit effectum. Appetitus redire
„ ſubinde ceſſavit, ſomni non caruere la-
„ bore, decumbere gravius cœpit, nullo
„ poſthac ad reſurgendum niſu. Alvi ex-
„ creta bilioſa; urina continuo cruda, craſ-
„ ſa, interdum albidior abſque omni tinctu-
„ ra comparuit. Sic paulatim ad extremum
„ ſe compoſuit diem . . . Abdomine aper-
„ to lien prorſus marcidus fuit ʒ xv; hepar
„ librarum civilium trium cum dimidia ſatis
„ ſalvum ſubtus livido colore apparuit;
„ fellis veſicula omni exinanita bile fuit,

Digitized by Google

„ lapillis filiceis diverſæ magnitudinis refer-
„ ta, quorum major cicerem exſuperans
„ poro choledocho inhæſit; ſtomachus, qua-
„ lem antea excreverat, materiam mucoſam
„ bilioſam fœtentem in exigua ſaltem quan-
„ titate continuit; in renibus arenulæ ru-
„ bræ fuerunt repertæ; inteſtinum cœcum
„ lumbricum non male referens, quartam-
„ que ulnæ partem longitudine ſua adæ-
„ quans invenimus. Cor ℥jx ſub pinguedi-
„ ne ſatis copioſa in ſicco prorſus et ex-
„ ſucco pericardio reperimus. Pulmones
„ parum livebant. Coſtæ ſternum cinxere
„ prorſus oſſeæ, nullaque cartilagine ſeptæ.
„ Cranio diſſecto cerebrum 3 librar. et 7
„ unciar. bene alioquin conſtitutum vidimus.
„ Proceſſus falciformis antrorſum cranio
„ arcte adhæſit, ad ½ ſui longitudinem
„ plane oſſeus „.

b) *Vaporis* balneum in hectica D. MONRO teſte H. MARCARDO apud E. G. BALDINGERUM (*b*) profuiſſe vidit. Nimirum puella habitum plenæ phthiſeos præ ſe ferebat cum tuſſi, purulentis ſputis, ma-

(*b*) Magaz. für Aerzte 4 St. p. 372.

Digitized by Google

cie, et febre continua, pulſuum ictus intra minutum ſemper inter 120 et 130 obſervabantur. Auctor conſvetam medendi methodum aliquamdiu ſecutus eſt, quoad querelæ ægræ de cute toto corpore pergamenæ inſtar ſicca animum ejus ad alia converterant. Namque comperta rei veritate in mentem venit, perſpirationem perperam procedentem in partem cauſæ morbi eſſe adoptandam. Cumque cogitationem intenderet ad reperiundum remedium *perſpirationi citra virium ex motu humorum citatiore* afflictionem reſtituendæ cutique molliendæ idoneum, ſuccurrit vapor aquæ calidæ, nec inauſpicato; nam illo admiſſo cutis nativam recuperavit flexilitatem ac mollitiem, perſpiratio rediit; febris decrevit, ſputa evanuere, iisdemque gradibus vires revertebantur, ægra interea uſui balnei inſiſtente. Apparatus ad hoc vaporis balneum, eodemque utendi methodus ibidem (*i*) videri poſſunt.

c) *Olei, hydrælei.* Quantum ex utroque utilitatis ceperit FORESTI juvenis, in-

(*i*) Ibidem p. 360. ſqq.

Digitized by Google

ferius (*k*) dicetur; et ZACUTI (*l*) alius „ juvenis quidam gracilis et excarnis ex „ ardente febre in hecticam lapsus est, quæ „ siccitatem morbosam habebat conjunctam. „ Hic infinita propemodum præsidia, imo lac „ caprinum et dulcis aquæ lavacrum diu, „ attamen citra opem ullam, fuerat expertus. „ Tandem balneo, admixta olei quantitate „ (hydræleum dicas) reiterato convaluit ... „ Oleum esto dulcissimum, defecatum, pin- „ gue, viscosum, tenue, pellucidum; quod „ si sit violaceum aut amygdalinum, præ- „ stantius erit„.

d) *Aquarum soteriarum* seu thermalium seu acidularum balneum utrum unquam in hectica effatu dignum quidquam præstiterit, nullis dum constat observatis. De Bathonienſibus certe aquis testatur W. HEBERDEN (*m*), eas hecticis obesse, ne dum mederi; siquidem nunquam non febrim hecticam adaugeant, proindeque interitum accelerent, præsertim in ægris ab itineris illuc suscepti laboribus aliisque incommodis fatigatis.

(*k*) Vide §. 68 No 1.
(*l*) l. c. L. 3. Obs. 35.
(*m*) l. c. p. 12.

Digitized by Google

§. 59.

2. *Frigida* quoque balnea hecticis interdum fuere saluti; in primis vero tum prodesse solent, ubi hectica ex intermittente ortum duxit: hacce enim reversa conticescere hecticam alibi (*n*) vidimus. Frigore autem externo vel balnei vel alioquin admisso quam facile revocabiles sint intermittentes, neminem (opinor) præterit. Noverat hanc intermittentis febris frigore revocandæ artem jam A. C. CELSUS (*o*), eamque in hocce præsertim casu experiundam consuluit: „ non nunquam etiam (inquit ille) lentæ „ febres sine ulla remissione corpus tenent, „ ac neque cibo neque ulli remedio locus „ est. In hoc casu medici cura esse debet, „ ut morbum mutet; fortasse enim curatio„ ni opportunior fiet. Sæpe igitur ex aqua „ frigida, cui oleum sit adjectum, corpus „ ejus pertractandum est: quoniam interdum „ sic evenit, ut horror oriatur, et fiat in„ itium quoddam novi motus, ex eoque

(*n*) Vide §. 38 c).
(*o*) l. c. L. 3. C. 9.

Digitized by Google

„ cum magis corpus incaluit, ſequatur etiam „ remiſſio „. Neque diſplicuit hæc medendi methodus F. HOFFMANNO (*p*): „ nam „ ſicuti auctior (ait) ſanguinis circulus in „ intermittente ſæpius optima eſt medicina „ cauſæ, quæ febrem efficit: ſic etiam lentæ „ febris cauſam, quæ frequentiſſime latibulis partium ſolidarum, glandulis maxime „ et vaſis meſeraicis, altius infixa eſt, expedit ac tollit. Hinc ſi intermittentibus „ præſertim quotidianæ ſuccedit lenta febris, intermittens mox revocata (quod „ aliquoties a vento boreali aſpero lumbis liberius admiſſo accidiſſe novi) calor „ intenſior redditus, adhibitis ſimul congruis incidentibus et temperantibus remediis, morbum cum tempore ex voto „ ſolvit „.

(*p*) l. c. curat. §. 2.

Digitized by Google

CAPUT III.

ENEMATA, LITUS, FOTUS, CERATA.

§. 60.

ENEMATA perinde durante hectica curatione ano quandoque infundere neceſſum eſt, idque vario fine: namque hac eadem via et nutriri corpus exhauſtum poteſt, et humectari, et nimius febris æſtus temperari, et dilui ſpiſſi acresque humores, et alvus ſive ſegnior moveri ſive nimium fluxa compeſci. Poſtrema duo vel maxime enematum expoſcunt, ultimo præ primis morbi in gradu, adminiſtrationem; nam cum id temporis ad ſegniorem alvum ciendam cathartica (niſi forte leniſſima ſint eccoprotica) ob metum concitandæ diarrhœæ colliquativæ ſumma ope vitanda ſint, ut jam ſuperius (*q*) monuimus, ſola emollientia ac leniſſime alvum cientia clyſmata, vitatis monente FORESTO (*r*) acrioribus, hic adhibere oportet, quale eſt ex decocto malvæ,

(*q*) Vide §. 44.
(*r*) l. c. L. 4. obſ. 6.

Digitized by Google

betæ, hordei, adjecta caſſiæ ℥j. jſ, olei violar. ℥iij, ſalis pauxillo, &c. niſi forte quis glandem ſuppoſitoriam e ſimilibus confectam præoptaret. Ubi vero humoribus citatim jam ad inteſtina ruentibus ominoſa illa diarrhœa colliquativa, quæ ut plurimum tenuiſſimum vitæ filum ſuperſtes abrumpere ſolet, oborta fuerit „ unicum fere, inquit G. „ SWIETEN (s), quod tentare ſolent me„ dici, ut ultimam hanc morbi brevi finien„ di moleſtiam leniant, eſt clyſma, quod „ tali modo parari poſſet:

℞. Terebinth. puriſſ. vitell. ovi intime ſubactæ ℥j
Theriac. ANDROM. ℥ſ
Lactis recentis ℥jv. M. injiciatur ano.

„ Monendus æger eſt, ut clyſma injectum „ retineat diu hac ſpe, ut dolor et irritatio „ inteſtini recti topico anodyno remedio le„ niantur „. Clyſma me hercle hoc, ſiquod aliud, ad colliquativam diarrhœam ſiſtendam eſt longe efficaciſſimum; quippe cujus energiam in militibus phthiſicis toties expertus fuerim. Porro „ in ſumma, inquit L. RI-

(s) Commentar. ad H. BOERH. §. 1213.

Digitized by Google

„ VERIUS (*t*), extenuatione clysteres nu-
„ trientes frequenter injiciendi sunt ex ju-
„ sculo pulli vel capitis vervecis cum saccharo
„ et vitellis ovorum; eorum autem quanti-
„ tas exigua esse debet, alioqui compres-
„ sis intestinis vim expultricem irritarent„.

§ 61.

LITUS, *fotus*, *cerata*, aliave id genus a Veteribus usurpata ægris plus molestiæ ac sumptuum quam emolumenti afferentia *hodie* prorsus exoleverunt; in GALENO (*u*) ejusque sequacibus eorum farrago videri potest. Sola forsitan fomenta ex aqua simplici tepida vel decoctis emollientibus parata, aridam duramque mollientia cutem et humectantia, humoribusque tenuem laticem suppeditantia, &c. vel toti corpori vel locis saltem maxime bibulis aridisque applicata balneorum, si quando ad hæc usurpanda vel sumptus vel opportunitas ægros destituerent, vices supplere possent.

(*t*) l. c. p. m. 506.
(*u*) Meth. med. L. 10. C. 9.

Digitized by Google

CAPUT IV.

ULCERA.

§. 62.

ULCERA denique externa excitata perinde interdum hecticæ febri finem impoſuerunt, dum acre irritans humorumque corrumpens maſſam viam nactum eſt e corpore emigrandi. Hinc fonticuli ac ſetacea idoneis locis excitata dictum in finem maxime ſunt proficua; et non pauca phthiſeos illis percuratæ exempla oſtendit hiſtoria medica. Commendat ea W. HEBERDEN (*x*), ut ut nunquam ab ſe tentata, et WALDSCHMIDIUS apud J. DOLAEUM (*y*) „ theologus (inquit) exi„ mius in flore ætatis conſtitutus contabuit „ ab aliquot annis citra cauſam manifeſtam, „ niſi quod levi ſubinde tuſſicula, ſed con„ tinua vexaretur raucedine. Huic cum „ deſtillatum antihecticum votum non exple„ ret, potum thée commendavi, atque fon-

(*x*) l. c. p. 9.
(*y*) Epiſt. med. 5. §. 12.

Digitized by Google

„ ticulum in brachio excitari jussi: quibus „ remediis in tantum restitutus est, ut nunc „ majori alacritate et cum virium constantia „ e suggestu dicat„. Præ primis autem ulcerum excitatio est necessaria, ubi abscessus clausi ob continentes dolores acerbos ac forsan aliquam etiam puris resorptionem, febrim hecticam excitant, quæ illis apertis legitimeque tractatis visa est desiisse. Duobus id exemplis clarum fiet. R. MORTONI (z) mulier ad 50 annos nata ex inflammatione musculorum lumbarium, eamque subsequente abscessu, atroci biennii dolore diu noctuque fatigante vexabatur. Unde tandem in febrem, dein tabem ad marasmi usque gradum incidit cum intolerabili siti, anorexia, langvore, vigiliis, sine ullis tamen pulmonalis phthiseos indiciis, adeo ut misera lecto continenter affixa, quasi ocyus moritura, horrendos inter ejulatus diu vitam traxerit. Ob rem domi tenuem opera medici destituta, renumque calculum subesse rata, variis lithontripticis commendatis frustra usa est: donec MORTON accedens observati in

(z) l. c. L. 1. C. 5. histor.

Digitized by Google

lumbis renitentis tumoris cum fluctuatione (ut ut obscura ob loci affecti profunditatem) aperturam imperasset: unde magna vis materiæ primum limpidæ tum purulentæ cum 500 ut minimum hydatidibus aqua limpidissima refertis magno impetu erupit. In tres et amplius hebdomades quotidie copiosum pus et hydatides lympha plenæ turundam extractam sequebantur. Mox a tumore aperto dolores plurimum leniti, et moderato syrupi de meconio usu somnus procuratus, ulcusque externa ope et quotidiano decocti sarsaparillæ potu intra sesquiannum (quod consulto argentea fistulosa turunda tam diu patulum servatum) omnino persanatum. Febris hectica cum siti evanuit, vires, carnes, et appetentia rediere: namque verno tempore rus ad apricum ac benignum aerem missa sub usu diætæ lacteæ intra 6 hebdomadas ἐυσαρκος sine ulla tabis nota evasit, et octennio adhuc inde post optima valetudine fruebatur. Similem quoque singularem casum literis v. RIEDLINUS (*a*) prodidit: „ mercator quidam cum

(*a*) Curar. medic. millenar. No 355.

„ ante aliquot annos dolorem in pede tan-
„ tum notaſſet, ut vix incedere ulterius po-
„ tuerit, juxtaque in dies magis conſume-
„ retur, medicum tum magni nominis con-
„ ſuluit. Nil minus quam pedem in-
„ ſpiciens, ea medicamenta, quæ alias he-
„ cticæ opponuntur, ſic ſat ſedulo in uſum
„ duxit; omnia tamen omnino fruſtra: do-
„ nec tandem acceſſit balneator quidam, qui
„ pedem attentius inſpexit, et pus ſubtus
„ latitare obſervans, niſi hoc evacuetur,
„ nec dolorem nec febrem ſublatum iri e.
„ dixit. Ut itaque aperiat tumorem,
„ ſtatim rogatus fuit . . . Lanceola vul-
„ nuſculum . . . inflixit; quod tam feli-
„ citer ſucceſſit, ut non ita exigua pu-
„ ris quantitas per illud profluxerit, ab
„ illo etiam tempore ægrotus tam bene ſe
„ habuerit, ut non ſolum pede denuo, ut
„ olim, uti potuerit, ſed et cetera integra
„ gaviſus fuerit ſanitate. At intra biennium
„ fere rediit dictus dolor, mortuoque inter-
„ ea priore chirurgo alius vocatus tumo-
„ rem cataplaſmatibus diſſipare fruſtra tenta-
„ vit, nec curari potuit, donec denuo aper-
„ tus fuit. Et jam ſollicitus eſſe cœpit, ne

„ in poſte-

Digitized by Google

„ in posterum sæpius hoc malum redeat.
„ Fonticulum itaque . . . sibi inuri passus
„ est . . . Ab illo tempore non habet, quod
„ de pedis dolore vel minimum queratur.
„ At idem jam dolor in natibus notatus,
„ aliquotiesque molestus fuit, donec pus
„ per hoc excretorium excrevit . . . Ergo
„ . . . ut nunc fonticulum in brachio quo-
„ que excitari curet, svasi „.

Digitized by Google

SECTIO III.

DIAETA.

PROEMIUM.

§. 63.

„ DIAETA, inquit L. RIVERIUS (*b*), „ ut in omnibus chronicis affectibus multum „ potest, in hoc præsertim plus præstat, „ quam medicamenta. Illa idcirco exacte „ præcipienda est, ut scilicet ad totius cor- „ poris refrigerationem et humectationem „ dirigatur „. Præ primis autem diæta sollicite in autumno et æquinoctiis monente F. HOFFMANNO (*c*) est observanda; qui enim hecticis „ febribus (inquit) . . . de- „ tinentur, autumno semper pejus habent „ ob langvidiorem naturæ in actibus secreto- „ riis et depuratoriis virtutem: quin quia „ circa æquinoctia ordinario subitæ insalu-

(*b*) l. c. p. m. 504.
(*c*) l. c. curat. §. 17.

Digitized by Google

„ bres fiunt aeris et cœli mutationes, ple-
„ rumque tum non modo gravius ægrotant,
„ sed et decedunt hectici incurabiles. Igi-
„ tur necessarium est, ut circà hæc tempora
„ exactam victus servent rationem, animum
„ tranquillum habeant, aeris injurias vitent,
„ et a medico quoque consilium petant „.
Cum ergo tanti hocce in morbo sit diæteti-
cum regimen ad amussim instituisse, dabo
operam, nihil ut præteream, quod magno-
pere huc facere existimavero,

CAPUT I.

CIBI.

§. 64.

CIBUS hecticis præbendus duas habeat dotes oportet, nimirum nutrientes et medicatas. Quantum ad priorem attinet dotem, illa hujusmodi esculenta exigit, quæ minimas requirat viscerum chylopoieticorum vires ad sui transmutationem in chylum et optimum et uberiorem; nisi forte primo in morbi gradu ita stomachi robur sit adhuc integrum, ut difficilioris etiam texturæ alimenta, egregiis

Digitized by Google

tamen dotibus medicatis prædita, ſubigere valeat, quin ſimul corpus alia offendat ratione. Medicatas autem habebit vires, ſi fuerit refrigerans, humectans, plaſticus, demulcens, cardiacus, &c. Præter duplicem autem ciborum hecticis præbendorum indolem modo dictam copia quoque in aſſumendo juſte eſt æſtimanda, ad ſuperſtites nempe ægri vires, ne plus, quam viſcera chilopoietica digerere poſſint, concedatur: univerſim id apud medicos obtinet, ut parca ſemper quantitate, at ſæpius per diem (v. g. 4ª quaque hora), hecticis cibum præberi imperent. Quæ cum ita ſint, viderimusque ſuperius (*d*), a ſola diæta prava febrim hecticam enaſci, eademque in eupeptam mutata denuo conquieſcere: operæ utique pretium erit, præcipuorum hic meminiſſe eduliorum, quæ et eupepta ſint, facillimeque digerenda, et medicatam ſimul habeant indolem. Integra eorum promptuaria in M. ETTMÜLLERO (*e*), P. FORESTO (*f*), D. SENNERTO (*g*) aliisque vi-

(*d*) Vide §. 26 a)
(*e*) Colleg. pract. l. c. p. 317.
(*f*) l. c. L. 4. ſchol. ad obſ. 5.
(*g*) De febrib. l. c. C. 3. p. m. 351. ſqq

Digitized by Google

dere eſt; nos ſelectiora et ab experientia probatiora tantummodo perſequemur, cujusmodi præſertim ſunt

§. 65.

1. *Jura* varia, ut

a) Panatella,

b) Ptiſana pulli,

c) Cancrorum jus; nam DIOSCORIDE (*b*) teſte cancri fluviatiles „ decocti... „ et cum jure eſitati iis proſunt, qui tabe „ conficiuntur „. CURTIUS apud FORESTUM (*i*) ita inde jus apparat:

℞. Cancror. excortic. ℥ iij
Hordei mundati ℥j, bulliant in
∇æ ℔ jv, donec hordeum crepet.

d) Carnium cum variis incoctis plantis, ut HOFFMANNO familiare fuiſſe vidimus (*k*).

e) Reſtaurantia medicis dicta, quale præ aliis commendat L. RIVERIUS (*l*):

(*b*) De mater. med. L. 2. C. 12.
(*i*) l. c. L 4. ſchol. ad obſ. 5.
(*k*) Vide §. 47 b).
(*l*) l. c. p. m. 505.

Digitized by Google

℞. Caponem bene habitum, depluma, exentera, in fruſta concide, adipem et pellem deme: adde, ſi vis, carnem vituli vel vervecis etiam conciſam et adipe privatam. Indantur ollæ vitratæ, in medio ligneam craticulam habenti; olla operculo paſta farinacea probe collutato claudatur, et in B. M. bulliente per 5 horas ponatur. Diſtillabit in fundum ollæ vacuum jus limpidum, cujus cochl. ij. iij vel per ſe vel cum juſculis ter vel quater per diem exhiberi poſſunt.

2. *Cremores* ptiſanæ, vel e cancris aut cochleis cum ptiſana ſemicocta decoctis, &c.

3. *Pulticulæ* teneræ variæ, v. g. quam FAVENTINUS teſte FORESTO (*m*) dare amabat:

℞. Succi cucurbitæ ℥jv
Lact. amygd. dulc. ℥ij
Farinæ amyli ℥ß
Sacch. opt. ℥j. M. coqv. omnia in
Jure parvi pulli. D. m. et v.

4. *Ova ſorbilia* vel ſoli vitelli, quos cum admixta aqua roſarum et pauxillo ſacchari P. FORESTUS (*n*) præbere ſolebat.

(*m*) l. c. L. 4. Obſ. 14.
(*n*) Ibidem.

Digitized by Google

5. *Gelatinæ* animales, ut e C. C. &c. præſertim ſucco limoniorum vel aurantiorum acidulatæ, quæ in jure liquatæ facile eximieque nutriunt, demulcent, humectant, amiſſamque humorum plaſticitatem reſtituunt, &c. id quod in primis CAMERARII (*o*) mulier, NUNNII (*p*) vir, et RIEDLINI matrona opifexque (*q*) ſunt experti. L. RIVERIUS (*r*) ſequentem commendat:

℞. Caponem electum,
Poplitem vituli vel
Femur vervecis,
Pedes vituli N° ij vel
—— vervecis N° vj. Coqv. in
▽ᵃ font. ad ſufficientem conſumpt.
In colatura expreſſa, dempto pingvi omni, diſſolve
Sacch. alb. ℔j.
Album. ovor. N° vj.

Croci vel cinnamomi parum. Agitentur ſimul, poſtea leviter bulliant, et bis terve per manicam HIPPOCRATIS traji-

(*o*) Vide §. 48 b).
(*p*) Vide §. 55 c).
(*q*) Vide §§. 54 & 55 a).
(*r*) l. c.

Digitized by Google

ciantur. Tandemque jus vaſculis excipiatur, ubi in gelatinam concreſcet. Pro croco vel cinnamomo addi poteſt ſuccus limonis vel citri j. et erit magis refrigerans.

6. *Fructus horæi* omnis generis qua recentes qua ſiccati; modo maturi dulcesque ſint: cocti etiam et ſaccharo conditi præberi ſolent. Multum ſane ab eſu ceraſorum profecit hectica quædam puella inferius (*s*) memoranda.

7. *Semina* demulcentia et refrigeran*tia* excorticata, ſaccharoque obducta, ut amygdal. melon. piſtac. pinear. &c. AMATUS (*t*) eſui dabat.

8. *Piſces* ſaxatiles.

9. *Carnes* quadrupedum vel altilium teneræ, ut montanarum avium, pullorum, hædinæ, vitulinæ; præferuntur autem aſſis elixæ, quod plus humectent, faciliusque digerantur, præſertim ſi contuſa ex iis parentur.

10. *Ranæ*, *teſtudines*, *oſtrea*, quod ranæ ac teſtudines tenerarum ſint carnium, nec ita in alcaleſcentiam, ut aliæ carnes, ten-

(*s*) Vide §. 72.
(*t*) Vide hiſtor. 1.

Digitized by Google

dant; oſtrea vero ob eximiam ſuam plaſticitatem humores hecticorum tenues inſpiſſent, et a colliquativo ſudore præſervent: ſed integrum ſtomachi robur expoſcunt. Profuere certe oſtrea LINDANI (*u*) virgini ad priſtinam recuperandam ſanitatem. In venenis aſſumptis febres lentas hecticas invehentibus quantum ſimilia plaſtica poſſint, expertus eſt FOURNIER (*x*), qui in binis puellis a porrecto veneno cauſtico in hecticam conjectis obſervavit jura teſtudinum toto menſe uſurpata plus, quam ullum alium potum, levaminis attuliſſe; ſiquidem præ primis æſtui ac ſiccitati aſſiduo affligentibus efficaciſſime reſtiterunt.

II. *Cochleæ* perinde, quod difficilioris ſint digeſtionis, haud aliis, quam qui ventriculi adhuc robore pollent, proinde ut RIVERIUS (*y*) monet, in hectica non dum confirmata, ſunt concedendæ, licet egregiarum adverſus hecticam ſunt virium. De his D. SENNERTUS (*z*) „mediei (ait) ſuperio-

(*u*) Vide §. 38 b).
(*x*) l. c. 1 Th. 1 Cap. 2 Beobacht. p. 29.
(*y*) l. c.
(*z*) l. c.

Digitized by Google

„ rum ſeculorum vix aliud magis commen-
„ dant, quam cochleas, et in iis totam fere
„ ſalutis ſpem ponunt„. Neque id immerito; quandoquidem tam ſæpe in deſperatis etiam caſibus profuere, adeo ut non vanæ ſint laudes, quas eis J. M. PASCHALIUS (*a*) impertit. Neque illas etiam aſinino lacti præferre dubitat M. GRIFFITH (*b*), modo a ventriculo ferantur. Et cum non quovis anni tempore haberi queant, modum a conſpicuo quodam *viro* eas conſervandi edoctus eſt, qui *multos* alios a tuſſi ac emaciatione hoc remedio vindicavit. Nempe cochleæ diffractis teſtis in raræ texturæ ſaccum aut rete tenuius, ne tranſeant, inditæ loco frigidulo ſuſpenduntur, ut lentus earum ſuccus mucaginoſus exſtillet, cui ſ. q. collecto admiſcendus tenuis ♁ ſacchari q. ſ. Miſcela igne lento evaporatur ad juſtam ſpiſſitudinem formandis inde trochiſcis idoneam, ſiccoque dein loco aſſervandis. Hi, dum uti iis oportet,

(*a*) Meth. med. L. 2. C. 8. vide J. SCHENCK Obſ. med. L. 6. p. m. 748.

(*b*) l. c. p. 605.

Digitized by Google

vel ore tenendi ſunt, ut diffluentes ſenſim linctus inſtar deglutiantur, vel in lacte ſoluti bibendi. Egenis interea vel ſtomacho valente præditis cochleæ ipſæ edendæ præberi poſſunt; debilioribus vero meracum earum decoctum potui ſerviet. Duos hoc remedio eſculento hecticos ab ſe percuratos narrat GRIFFITH, nimirum (c) aurigæ filius non dum undennis, teneri habitus, horripilationes primum experiebatur, levi cum tuſſi aliquamdiu durantes, et quotidie hora 2 repetentes. Exactis ita circiter 7 diebus tuſſis fieri cœpit vehemens, et quotidie ante decubitum valida ingruit febris, tota nocte affligens, et ſub auroram leni ſudore ſolvi ſolita. Interdiu multa tuſſis; noctu vero vel mox ubi decubuit, ejusdem inſultum patiebatur, vel e brevi ſomno ab illius invaſione expergefactus trihorio continenter tuſſiebat, ut vix ſpirandi mora ſuppeteret; ante vero quam illuceſceret, tuſſis ſemel adhuc bisve acceſſit, at minus jam quam ante diuturna. Poſt 14 dies puero debiliſſimo jam ac perquam extenuato Au-

(c) Ibidem.

Digitized by Google

ctor, cum ſanguinem demere non auderet, præſcripſit familiarem ſuam MRam:

℞. Aquæ alexiter. ſimpl. ℥v
—— nuc. moſch. ʒijſs
Nitri purif. ℈ij
Salis abſinth. ʒſs
Vitrioli mart. gr. xiij
Syr. althææ ʒvj. M. S. mane, meridie, et 7 veſpertina ampla cochl. ij. Porro

℞. Olei amygd. dulc. ℥j
Gumm. arab. ʒjſs
Aquæ puræ ℥ijſs
—— nuc. moſch. ʒij
Syr. althææ ʒvj
—— limon. ʒij. M. F. emulſio ad cochl. j urgente tuſſi ſumenda. Denique

℞. Elixir paregor. ℥ſs

S. quotidie hora decubitus gtt. xx. ad xxx ex hauſtu infuſi fructus limoniorum. Conſilium denique pueri matri dedit, limaces hortenſes primum tres, dein quatuor, e teſtis exemptos in ſ. q. lactis deflorati et aquæ dimidio remiſti uſque ad medietatem decoqueret, decoctumque expreſſum et edulcoratum quotidie bibendum daret. Ab his puer intra 9 vel 10 dies plane convaluit. Cum autem iſthoc in caſu MRa quo-

Digitized by Google

que antihectica data multum ad curationem adeo celerem contuliſſe videri poſſit; alium inſuper adducit caſum (*d*): feminæ nobili febrem hecticam valida cum tuſſi ad plurima jam uſurpata rebellem paſſæ cochlearum uſum conſuluit: quarum illa per aliquod tempus quotidie jentaculum inter ac prandium 4 ad 8 comeſtis, et frequentiori equitatione, citra ulla alia remedia, morbum ex toto ſuperavit. Neque prætervidenda eſt cochlearum utilitas in hectica a venenis aſſumptis accenſa; ſiquidem plaſtica ſua vi moleculas cauſticas involvendo vires earum enervent. In tertianis Monſpelii 1733 epidemicis per venenata catapotia a circumforaneo quodam ægris porrecta in deleterias hecticas tandem degenerantibus, nil ſalubrius dari vidit FOURNIER (*e*), quam diætam lacteam et jura cochlearum, quorum uſu non nulli ab interitu ſunt vindicati.

(*d*) Ibidem p. 606.
(*e*) l. c. 1 Beobacht. p. 24.

Digitized by Google

CAPUT III.

POTUS.

§. 66.

POTUS porro hecticis propinandus cum easdem, quas cibus, dotes habere debeat, tum ſiti etiam levandæ idoneus ſit oportet. Hunc proinde in finem communiter præberi ſolent *emulſiones* ſeminum quatuor frigidorum; quod et ſitim leniant, et æſtum febrilem temperent, et leviter ſimul nutriant, et humectent. Præter has vero alii quoque potus hic impenſe laudantur, videlicet

§. 67.

1. *Ptiſana* ſeu potus hordeatus, quem hecticis GALENUS (*f*) ut proficuum commendat, cichoriumque illi F. HOFFMANNUS (*g*) jungendum ſvadet; omnes enim

(*f*) Meth. med. L. 10. C. 11.
(*g*) Med. rat. ſyſt. l. c. curat. §. 6.

Digitized by Google

ſupra memoratas dotes potus hic poſſidet: unde etiam P. BORELLUS (*b*) „ ægros „ multos vidit macilentos, tuſſiculoſos, „ ſomno deſtitutos, et quaſi omnino tabi- „ dos et moribundos; hi tamen uſu hor- „ deatorum frequenti cum ſaccharo pulveru- „ lento . . . ante ſomnum ſub veſperam, „ et mane etiam, parum ſuper dormiendo, „ curati fuerunt „.

§. 68.

II. *Lac* animale, ut princeps nutriens, humectans, demulcensque, et quidem

1. *Humanum* ex ipſis uberibus ſuctum; quippe quod homini maxime ſit affine, ac minimis viribus digerendum. Hinc GALENUS (*i*) „ mihi . . . nihil (ait) ad hæc „ omnia lacte videtur eſſe præſtantius, præ- „ cipue quidem ſi quis muliebrem mammam „ ore apprehendens id ipſum mulgere tole- „ ret „. Complures profecto hocce modo ab hectica convaluere. Sic H. ACCOROM-

(*b*) l. c. Cent. 4. Obſ. 89.
(*i*) De marcore Cap. 9.

Digitized by Google

BONUS (*k*) „erat (refert) Romæ R. D. „ PETRUS BEMBUS Patricius Venetus, vir „ latinis græcisque literis eruditiſſimus, LEO- „ NIS X. Pontif. Max. a ſecretis, qui cum „ febricula quadam ex catarrho pendente la- „ borare cœpiſſet, protracta in longum fe- „ bre, et facta demum independente a ca- „ tarrho, mirum in modum conſumptus fuit, „ ita ut merito plures medici nobiſcum con- „ venirent, primam hecticæ ſpeciem in eo „ cum putrida conjunctam eſſe. Juſſi igitur, „ ut lac biberet muliebre: quod per annum „ et ultra obſervans, et ſemper ab uberibus „ ipſum abſorbens, præter plurimorum me- „ dicorum opinionem ſervatus eſt „. Simi- lem quoque caſum pene jam deſperatum nar- rat P. FORESTUS (*l*), omni admiratione majorem: „ juvenis generoſus annorum 29 „ præter rationem illius ætatis valde melan- „ cholicus et ſiccus ad extremam maciem cum „ deveniſſet, marasmo vero correptus eſt, „ qui a barbaris dicitur hectica ſenectu- „ tis

(*k*) Lib. de lacte. Vide J. SCHENCK l. c. p. m. 749.

(*l*) l. c. L. 4. Obſ. 10.

Digitized by Google

„ tis . . . Bononiæ . . . decumbebat. Ad
„ quem ego deductus una cum ELIDEO
„ Præceptore meo . . . et aliis medicis præ-
„ ſtantiſſimis, qui eundem juvenem quotidie
„ inviſebant. Huic deſcriptum fuit balneum
„ tepidum ex aqua ſimplici et oleo oliv.
„ recenti ; poſtea etiam , cum ditiſſimus
„ eſſet , ex ſolo oleo puro : quia cu-
„ tem aridam ſiccam et ſupra modum ſqua-
„ lidam habebat. Et ab ipſo balnei exitu
„ medici imperabant poſt levem deterſionem
„ cum ſpongiis et linteo molliore, ut ſtatim
„ comederet aliquid cibi nutrientis, ut vi-
„ tella ovorum vel panem albiſſimum infuſum
„ cum lacte caprillo ; deinde ut lac etiam
„ biberet, jubebant, et quod ſtatim lectum
„ ingrederetur moderate calidum ſeu potius
„ tepidum, ſe ſeque ad ſomnum, ſi poſſet,
„ componeret . . . Curabant etiam, ut aer,
„ in quo æger decumbebat, moderate cali-
„ dus humidusque eſſet ex natura vel arte
„ ita paratus . . . Unice quoque cave-
„ bant, ne vigiliam, inanitionem, famem,
„ ſitim, motum ſuſtineret, nec iram, imo
„ ut bene ſperaret de ſalute, jubebant.
„ Subinde tale quid nutriens dabant. . .

Digitized by Google

℞. Lactis ovilli vel caprilli vel vaccini ℔j
Vitellor. ovor. No iij
Vini albi dulcis ʒjv. Agitentur, et
„ ad lentum ignem coquantur, semper com-
„ movendo, ne vitella nimium denſentur.
„ Pro cibis medicamentoſis etiam utebantur
„ zinzibere recenter condito, radicibus
„ iringii et ſatyrionis conditis, nuce my-
„ riſtica viridi, et amygdalis dulcibus vi-
„ ridibus conditis. Injiciebant aliquando
„ clyſteres nutrientes; et totum corpus in-
„ ungebant oleo amygdal. dulc. Deduce-
„ bant quoque juvenculam nutricem pul-
„ cherrimam 18 annorum, temperaturæ ſan-
„ guineæ, bene comptam et ornatam in
„ cubiculum ægrotantis, quæ delicate mol-
„ liter ac laute nutriebatur, cibis nempe
„ calidis humidisque et valde nutrientibus,
„ e cujus mammillis etiam poſt exitum
„ balnei mane lac ſugebat, etiam veſperi,
„ cum non balnearetur, et nocte, cum qua
„ etiam dormiebat, ut ita ad libitum lac
„ ſugere poſſet. Poſtquam vero hic juve-
„ nis aliquo modo reſtaurari cœpiſſet, illo
„ ipſo narrante medicis præſentibus (quod
„ et ego audiebam) quod ex tactu papil-
„ larum ad venerem incitaretur, ita ut

Digitized by Google

„ membrum virile, quod hactenus langui-
„ dum et emortuum fuerat, non nihil eri-
„ geretur. Medici ſagaces hoc audientes
„ ſtatim imperarunt, ne nutrix apud illum
„ amplius dormiret; ne forte in venerem
„ proclivior inter amplexus fatigatus ſibi
„ ipſi mortem intuliſſet . . . Admiſerunt
„ tamen, ut ex . . . mammillis lac adhuc
„ ſubinde ſugeret . . . Et quod dictu mi-
„ rum eſt, hanc victus rationem probe ac
„ diligenter obſervando, ac diu in ea per-
„ ſiſtendo, paulatim reſtaurari cœpit, et
„ convaluit „. Bis etiam hoc ipſo nutri-
mento maciem F. HILDANUS (*m*) expu-
gnavit, primum in matrona 63 annorum,
quæ ex hernia gangrænoſa emaciatiſſima fa-
cta, ubi prior eam febris reliquit, hauſto
quovis mane e ruſticæ juvenculæ euſarcæ
mammis ad lectulum emulcto lacte, inde-
que ad horam 10 prandio refecta, prorſus
convaluit, et in 15 abhinc annos ſupervi-
xit. Alter puellus erat quadrimulus e gra-
viſſima dyſenteria lientericus debiliſſimusque
factus cum tanta inde enata macie, ut vix

(*m*) De ichore et melicer. Cap. 24.

Digitized by Google

ossa cutis tegeret ; qui maternis uberibus admotus omni alio alimento spreto ita inde profecit, ut dein multos annos sanus vixerit.

2. *Asininum*, quod GALENUS (*n*) humano bonitate proximum esse ait, præsertim vel ex uberibus suctum vel inducta in domum ægri asina juxta lectulum mulctum (ne videlicet aeri diu pateat) : cujus usu extenuatum quemdam, dum mox ut e balneo exemptus est, hauriendum illi præbuissent, sanavit. Lac hoc teste F. HOFFMANNO (*o*) „ minus quidem nutrit, sed magis refrige- „ rat, calorem temperat, abstergit, et a- „ perit „ : quandoquidem ARETAEO (*p*) notante „ tenue est . . . et fluxile hujus- „ modi lac „. AMATUS (*q*) virum 35 annorum usque adeo tabidum, ut pro consummato hectico a medicis, præsertim post irrita remedia, fuerit dèpositus, intra semestre sanum obesumque reddidit, dando quotidie in aurora ventriculo jejuno potui lbj lactis asinini recens mulcti cum pauco

(*n*) Meth. med. L. 7. C. 6.
(*o*) l. c. curat. §. 10.
(*p*) De acut. morbor. curat. L. 2. C. 3.
(*q*) l. c. Cent. 2. cur. 54.

Digitized by Google

ſaccharo, eſui vero pullos gallinaceos tritico et carne teſtudinum nemoralium in aqua decoctarum, ipſoque inde jure, ſaginatos, et lacte apparatos; corpus inſuper humectando balneis, oleisque viol. et amygdal. dulc. ſimul miſtis illinendo. Neque minus utilitatis ex hoc lacte Romanus ejus (r) juvenis obtinuit. Maxime omnium inſignem de hujus lactis præſtantia caſum F. HOFFMANNUS (s) commemorat: matronæ adultiori, teneræ, partu ſæpe levatæ, ab aliquot annis cardialgiæ hyſtericæ maxime a paſtu, etiam eupeptorum, cum ructibus et nauſea, ac plerumque etiam cum enormibus anxietatibus, æſtu vago, ſudoribus gelidis, ac cephalalgia (alias vero huic ſoli per plures ſæpe dies cum frigoris in vertice ſenſu) multum obnoxiæ cardialgia haud prius conquieſcebat, quam vomitus poſt aliquot a paſtu horas fuiſſet obortus. Unde ſenſim enatus langvor et dyſorexia cum alvo ſemper obſtructa. Pulſus in acceſſione celerior erat, alias naturalis. Catamenia hactenus rite pro-

(r) Vide hiſtor 1.
(s) Conſ. et reſp. med. Cent. 2. Caſ. 184.

Digitized by Google

ceſſere. Ultimum nuper gravida ab omnibus his malis immunis vixit; at puerperio exacto univerſa iterum rediere cum majore virium lapſu, anorexia, et nunc primum obortis aſſiduis dorſi ad inguina uſque porrectis doloribus. Menſtrua quoque abhinc non amplius fluxere. Hinc tabeſcebat corpus, ingruerunt vagi febriles motus, præeunte iis plerumque mictu lotii multi, pallidi, virideſcentis, cum veſicæ ac urethræ doloribus. Somnus factus implacidus, *non* reficiens, cum ſudoribus profuſis. *Debiliſſima* ægra nec interdiu extra lectum morari valebat. Inquies et laſſitudo veſperi ſemper major; urina jam pallida jam citrina jam mucoſa. His demum ſicca etiam tuſſis acceſſit. Poſt innumera ab inclytis fama medicis diu at fruſtra uſurpata conſultus demum Auctor ſvaſit bibendum lac aſinæ non nimis vetulæ, et in pratis herbarum hederæ terreſtris, urticæ mortuæ, ſcabioſæ, millefolii, veronicæ, tuſſilaginis, ſcordii, &c. feracibus paſtæ, ea lege, ut præmiſſo cathartico e mannæ ℥jß, crem. ♀ri ℈ij, in juſculo avenaceo ſolutis, deinceps per 7 alios dies lactis dicti ab uberibus adhuc calidi quovis mane ℔j, et hora 4ª a meridie ℔ß hauriat, vetito id tempo-

Digitized by Google

ris vino ac cerevisia, eorumque in locum poto decocto ex hordeo, scorzonera, anisi stell. et cort. citri. Sub epulis jura e contusis gallinis, radicib. fœniculi, cichorei, et graminis ac succo aurantiorum parata sorbillare jussæ, vesperi ante somnum datus ♃ e matr. perlar. gr. xv, nitri purif. gr. v, in ▽a cerasi nigr. Elapsis ita 8 diebus rursus per aliud octiduum die 10 idem catharticum, et 7 reliquis diebus lac cum ceteris, eodem ordine imperata: atque hæc medendi methodus sexies iteranda injuncta. Vix autem primum quatriduum ita abiit, cum et dolores dorsi ad ingvina procurrentes desiere, et somnus placidus absque ullis sudoribus successit. Abhinc redibant vires et appetentia, æstus evanuit, cardialgia mitior facta, et demum ægra prorsus convaluit. Ita et E. FERDINANDI (*t*) vidua 26 annorum, gracilis, bilioſa, ac sanguinea, otiosa, beneque pasta, multis dum virgo esset, ad menses obstructos remediis calidis et diureticis usa, semperque manuum ac faciei pruritui et impetiginibus obnoxia, cujus 5 vel 6 fratres

(*t*) Histor. seu obs. et cas. med. 69 p. 206. sqq.

Digitized by Google

ex hectica ac tabe obierunt, initio Junii poſt longam noctu ſub dio moram ac vehementem triſtitiam iramque incidit in catarrhum cum ravi et ſapore oris amaro ac ſalſo, tuſſi primum ſicca oborta, dein ſputis craſſis et albis procedentibus. Inter hæc aſſidua enata febricula, calore a paſtu in 2 vel 3 horas ſemper intenſiore facto. Ex intervallis etiam palpitatio cordis, ſyncope, frigidique ſudores affligebant. Multi item in ventre rugitus, frigentibus pedibus ac tibiis, muſculisque, ubi e lecto ſurgeret, trementibus. Hæc quia humidum domicilii frigus nebulæque craſſæ fovere videbantur, ægra poſt menſem ita exactum aliorſum concedens Auctorem conſuluit: qui cum menſes rite ſemper venire, imo anticipare, nec multam maciem debilitatemve, ut initio hecticarum uſuvenit, adeſſe videret, mox dextro e brachio ſanguinis ℔ß dempſit cum levamine; tum lenibus frictionibus aſſiduo inſtitutis, inuſtoque tibiæ dextæ cauterio, 20 quoque die venis ani duæ ſemper hirudines applicabantur. Interne poſt generalia cum eccoproticis præmiſſa datum in 30 dies mane quovis lac aſininum, ab ʒjv ad ℔ß ſenſim auctum, cum ℈is rad. chinæ

35, ſimulque varia in et externa præſidia ad palpitationem cordis, ſyncopen, aliaque ſymptomata domanda in uſum ducta, præſertim lapis bezoard. Diæta interea refrigerans, humectans, nutriensque præſcripta, et aer humidus ac frigidulus arte conciliatus, vetitis, quæ obſutura erant. Ad alvum conſtipatam, duras rotundasque reddentem feces, movendam alternis diebus mollia enemata injecta, interdum etiam purum lac aſininum ad humectandum, &c. Atque his intra 50 dies vidua ſanitatem recuperavit. Ad reliquias autem ægritudinis delendas balnea aquæ dulcis imperata.

3. *Caprillum* vero, teſte F. HOFFMANNO (*u*), aſinino „ efficacius nutrit . . . „ ſed gravius eſt, multumque caſeoſæ ſubſtantiæ habet: ideoque ne ventriculum „ male afficiat, corrigendum „: quo facto aſinino, ſi iſtud haberi nequeat, cum ei bonitate proximum ſit, ſubſtitui poterit præ vaccino. Non pauci utique hectici ejus uſu conva-

(*u*) Med. rat. ſyſt. l. c. curat. §. 10.

Digitized by Google

luere, veluti BINNINGERI (y) puella. Obtigit etiam P. POTERIO (z) curandus monachus 37 annorum, male hactenus tractatus, qui hectica 3næ duplici ſuccedente laborans a bimeſtri maraſmo incredibili tenebatur cum anorexia ac tanta faucium œſophagique ſiccitate, nihil ut deglutire poſſet. Datum in aliquot dies ſpecificum ſtomachicum, vinumque hactenus negatum ocyus conceſſum; dein lactis caprilli ſaccharo edulcorati 5 horis ante cibum primum ℥ij. iij. dein jv. v. dari cœptæ. Atque ita æger ad priſtinam reverſus eſt valetudinem. Perinde J. HELLWIGIUS (a) „A. 1634 Patavii „ ſub tempore verno hectica febre laborans, „ præmiſſa tantum potiuncula laxativa, ſin„ gulis diebus jejunus mane hauſtum bonum „ lactis caprilli recens emulcti cum pauco „ ſaccharo ſumpſit, nec non pro potu or„ dinario aquam ſimplicem coctam et ſucco „ puro citri expreſſo permiſtam, itemque „ in alimoniam juſcula caponum cum buccel-

(y) Vide §. 58 a).
(z) l. c. Cent. 2. Cap. 6.
(a) Obſ. phyſ. med. 158 p. 415.

Digitized by Google

„ la panis ſimilaginei, oryzam, et hordeo-
„ lum ſeu polentam, et præcipue ranas, li-
„ maces, ac teſtudines, repudiata omni car-
„ ne, in brevi ſanitatem priſtinam adeptus
„ eſt citra aliorum medicamentorum uſum„.
FISCHERO (*b*) quoque hectica febre „ affe-
„ cti duo occurrebant ægri, unus . . . tem-
„ peramenti cholerico-ſangvinei, annorum
„ 38, alter . . . temperamenti ſangvineo-
„ cholerici, annorum 25, atque ſub ſe-
„ quenti apparebat in ambobus ſubjectis effi-
„ gie: pulſus erat frequens, debilis tamen,
„ et ubi arteria tangebatur, calor initio mi-
„ tis, at ubi diutius digito compreſſa ſerva-
„ batur, eo mordacior erat, ſed una vel
„ altera hora a paſtu mox incrementum
„ cœpit. Prout itaque pulſus per interval-
„ la varius obſervabatur, ita idem etiam
„ de calore adnotatum eſt, excepto illo
„ tempore poſt paſtum, ubi major et mor-
„ dacior ſentiebatur, magisque moleſtus æ-
„ gris erat, accedente ut plurimum tali
„ tempore diſplicentia ſui ipſius, ad agen-
„ da inhabilitate, majoreque virium debili-

(*b*) Annal. Vratisl. Tent. 13. A. 1720. Aug. Cl. 2. art. 3. §. 4. p. 175.

Digitized by Google

„ tate ac ſomno: ceterum alio tempore ca-
„ lor ſemper fere æqualis erat, nec prædi-
„ ctis ſymptomatibus tam moleſtus, niſi
„ quod in dies inſenſibiliter corpus conſu-
„ meretur, viresque amitteret . . . Adeo-
„ que . . . leni laxante primas vias purga-
„ vit, quo commodius tutiusque uſum per-
„ ferre poſſent; quod etiam bene ſucceſſit:
„ ac tandem ſecundum methodum a SEN-
„ NERTO (c) præſcriptam lacte caprillo
„ utebantur. Quo cum uterentur, ſæpius
„ emulſiones temperantes ex ſem. 4 frig.
„ maj. add. teſt. oſtr. ſuccin. alb. pp. ſpec.
„ diamargarit. fr. diaſaturni MYNS. arcan.
„ dupl. &c. quoque exhibuit. His ita uſur-
„ patis commendabatur ſimul commoda fri-
„ gidiusculi aeris inſpiratio, aptaque ratio
„ victus ex ptiſana et cremore hordei, ovis
„ recentibus, gallinis, caponibus, agnellis,
„ &c. herbis refrigerantibus alteratis. Quæ
„ omnia cum obſervaſſent, priſtinam quoque
„ ſanitatem recuperabant, corporaque eo-
„ rum rurſus vires atque carnes aſſumpſe-
„ runt, et huc uſque ab omni hectica . . .

(c) l. c.

Digitized by Google

„ liberi vivunt „. Totidem etiam ægros H. ACCOROMBONUS (*d*) hoc eodem lacte ad ſanitatem reduxit, quorum unus vir erat morbo longo uſque adeo emaciatus, ut nil niſi ſaccum oſſibus refertum æmularetur. Cum febris a meridie ſemper exacerbaretur, nec tamen vel ſitis vel dolor ullus, præſertim capitis, nec aliud quid lactis uſui obſtans, adeſſet, purgato prius corpore caprillum dein lac per plures dies bibens valetudinem priſtinam recepit. Alter adoleſcens a bimeſtri febre mucoſa extenuatus, ubi in declinatione febris caprillum lac in villa aliquamdiu bibiſſet, ſanus obeſusque evaſit.

4. *Vaccinum* denique, magis quidem, ut notat F. HOFFMANNUS (*e*), aſinino nutriens, at ob multam caſeoſam partem illo et caprillo gravius, apud omnes poſtremo habetur loco; ſed ne id quidem hecticis inutile, ubi aliud deſideratur, præſertim ſi additis aliis (ut ſunt plantæ reſolventes vel chalybs vel pro re nata quidquam aliud) majorum efficiatur virium. Ita WALD-

(*d*) l. c.
(*e*) l. c.

Digitized by Google

SCHMIDII (*f*) „ ſtudioſus theologiæ, pius „ et doctus, rediens ex Gallia incidit in „ atrophiam. Tandem lente quidem ſed ſen„ ſibiliter ſatis febricitavit. Cum ſic con„ flictaretur plures per ſeptimanas, juſſit „ (Auctor) ipſum aerem mutare, et ad pa„ trios redire lares. Verum virium obſta„ bat imbecillitas et corporis conſumptio. „ Hinc cum fruſtra hactenus varia adhibuiſ„ ſet remedia, ſvaſit, ut potu Théæ cum „ lacte uteretur. Quo remedio utitur per „ unum vel alterum menſem . . . tanto cum „ effectu, ut nuperrime . . . coram pro „ præſtito officio egerit gratias „. Porro F. HOFFMANNI (*g*) „ juvenis literarum „ ſtudioſiſſimus ob teneram a nativitate cor„ poris conſtitutionem in catarrhoſas defluxiones, diarrhœas, tuſſes, phthiſin etiam „ pronus, animo quoque admodum ſenſibi„ lis, tempore vernali afficiebatur tuſſi fe„ rina tum epidemia, primum ſicca dein hu„ mida cum interno æſtu, intercurrente „ horripilatione, et accedente virium ob

(*f*) l. c.
(*g*) l. c. Obſerv. 2.

Digitized by Google

„ ſomni defectum proſtratione. Dabantur le-
„ niora laxantia mannata, rhabarbarina, lin-
„ ctus pectorales, ℥es item et elixiria pe-
„ ctoralia, ſed ſine ſingulari levamine. Ex-
„ actis ſic 6 et pluribus hebdomadibus he-
„ ctica imminere viſa. Hinc ſvaſit (Auctor)
„ ptiſanæ ex raſura C. C. rad. ſcorzoneræ,
„ hordeo mundo, ac ſemine fœniculi cum
„ æquali parte lactis bubuli potum quotidie
„ ad menſuram, ita ut mane ½ et pomeridie
„ iterum ½ biberet. Sed æger quo plus eo
„ melius putans quotidie vel 2 menſuras in-
„ gurgitavit, ventriculo tamen adhuc firmo,
„ haud male. Sumpſit quoque ſubinde ℥em ex
„ ſpermate ceti, lap. 69, flor. ſulph. ſaccharo et
„ pauxillo nitri. His paucis et euporiſtis tan-
„ tum profectum, ut notabile paulo poſt ſen-
„ tiret auxilium. Senſim poſtea ſymptoma-
„ ta diſceſſerunt omnia, tuſſis placata, æſtus
„ reſtinctus, et appetitus cum ſomno red-
„ iit „. ZACUTI (*b*) denique juvenis ex-
tenuante febre cum ſiti, anorexia, vigiliis,
macie, alvoque fluxa bilioſa ſincera ſpumo-
ſa pingui fœtida, laborans, ubi prius pti-

(*b*) l. c. L. 3. Obſ. 24.

Digitized by Google

ſana ex hordeo toſto cum ſucco plantaginis vel roſarum, dein vero myrobalanis citrinis et rheo toſto aqua roſacea lotis uſus fuiſſet, lac demum chalybeatum eo cum ſucceſſu bibit, ut reſtricto alvi fluxu evanidaque febre carnes denuo recuperaverit. Cum itaque tanta ſit lactis animalis hacce in febre curanda efficacitas, ſcire etiam oportet, eſſe, ubi nocere queat: ac proinde non ſine diſcrimine ſemper eſt præbendum.

§. 69.

Contraindicant autem lactis uſum

1. *Subjecta* hypochondriaca, vino dedita, et vel ob ſtomachum debilem vel peculiarem idioſyncraſiam lac non ferentia: „ ſunt enim, inquit F. HOFFMANNUS (*i*), „ non nulli, qui lac a natura penitus aver„ ſantur. Notavi etiam, quod qui diætæ „ vinoſæ dediti cereviſiam largius potant, „ lac commode ferre nequeant. Neque ac„ commodum eſt hypochondriacis „. Qui vero debili ſtomacho illud hauriunt, ſi in coloſtrum

(*i*) l. c. curat. §. 12.

Digitized by Google

coloſtrum abeat, vomitus, aliaque ſymptomata parit.

2. *Cauſæ* morbi non nullæ, præſertim viſcerum ſcirrhi et ulcera; quia aut inutile eſt lac aut noxium etiam ex id genus cauſis hectica laborantibus. „ Id . . . extra „ dubitationis aleam poſitum eſt, inquiunt „ Vratislavienſes medici (*k*), quod quando „ pulmones duri ſcirrhoſi ac tuberculis re„ferti ſunt, lac juvare non poſſit: hujus „ rei exemplum D. D. PREUSSIUS et HEL„WICH in viro cholericæ conſtitutionis poſt „ pertinaciſſimam alvi obſtructionem a me„dicaſtro et veterinario quodam draſtico „ medicamento ſolutam in abſceſſum in re„gione thoracis incidenti, ac poſt illud „ conſolidatum contabeſcente oblatum fuit. „ Nam poſtquam is variis remediis, et in „ primis etiam decoctis lignorum cum ma„jori damno quam emolumento uſus eſſet, „ ac nihil aliud reſtaret, ad lac . . . con„fugit . . . Et ut tanto liberius huic curæ „ vacare poſſet, auram Vratislavienſem cum „ rurali amœniori . . . mutavit . . . At

(*k*) Hiſtor. morb. Vratisl. A. 1699 p. m. 101.

Digitized by Google

„ vero ſine ullo fructu illud bibit propter „ male affectos pulmones, quod ex gravi et „ anhela etiam in levioris corporis motu, „ eo quod dura pulmonis apoſtemata dilata- „ tionem impedirent, reſpiratione cognoſce- „ re licebat. Atque ita brevi poſt fato con- „ ceſſit „. Idem eſt de internis ulceribus; niſi forte leviſſima illa ſint, eaque primis in viis: tunc enim monente F. HOFFMANNO (*l*) curatio ſola demulcentia et roborantia poſcit. „ Ego (inquit ille) aliquoties de- „ coctum lactis cum ligno ſaſſafras et caſca- „ rillæ cortice, aut floribus chamomillæ et „ ſummitatibus millefolii, quotidie ad men- „ ſuram potum profeciſſe novi. Tum quo- „ que radices althææ et juſcula cum oryza et „ lacte decocta proficiunt, tragacantha „ etiam cum aqua menthæ ſoluta. Condu- „ cunt præterea clyſteres ex lacte cum vi- „ tello ovi, terebinthina, et melle, aut alii „ emollientes cum ſyrupo de althæa FER- „ NELII „.

3. *Symptomata* varia præſentia, vel maxime autem hypochondria inflata, cephalal-

(*l*) l. c. curat. §. 4.

Digitized by Google

gia, et putrida febris vehemens; Nam HIPPOCRATES (*m*) „ lac exhibere (ait) capite „ dolentibus malum. Malum item et febri„ citantibus, et quibus præcordia ſublata mur„ murant, et ſiticuloſis. Malum quoque et „ quibus bilioſæ ſunt dejectiones, quique „ febre acuta laborant, et quibus copioſa „ ſanguinis dejectio facta eſt. At tabidis „ lac dare convenit, non valde admodum „ febricitantibus, et in febribus longis et „ languidis, dum nullum ex ſupra comme„ moratis ſignis adfuerit, et præter ratio„ nem extenuatis „. Ubi ergo iſthæc abfuerint, lac tuto exhiberi poteſt. Verum enim vero tum etiam, ubi dandum eſt, illud non ſine omni circumſpectione præbere oportet: quapropter circa ejus uſum

§. 70.

Cautelæ ſequentes apprime erunt obſervandæ, videlicet:

1. *Eccoproticum* lactis uſui præmittendum eſſe monet F. HOFFMANNUS (*n*);

(*m*) Sect. 5. aphor. 64.

(*n*) Annot. in P. POTERII obſ. Cent. 2. Cap. 6.

Digitized by Google

ne forte diluendo putridam primarum viarum amurcam illam secum in humores vehat, vel ab acido obvio coagulatum novas in corpore turbas (v. g. nauseas, vomitus, singultum, &c.) creet.

2. *Jejuno stomacho* (mane proinde, et deinceps 4 vel 5 a pastu horis, post perfectam nempe jam digestionem) bibendum, ut purum et omne reforbeatur, idque vel sincerum vel idoneis remediis alteratum. F. HOFMANNO (o) „ præ reliquis placuit HIPPOCRATIS lacte utendi (p) *methodus*, „ quam sic tradit: lac etiam asininum *coctum* „ aut bubulum aut caprinum, ut aliquantu„ lum purgentur, exhibeto. Lac etiam bu„ bulum crudum aquæ mulsæ 3ª admixta par„ te bibat per dies 45, una etiam admixto „ origano. Recte enim gravis hic Auctor „ passim ad lenem purgationem commendat „ lac asininum coctum; quia sal ipsi inest „ dulce instar sacchari, abstergens leniter et „ laxans, quod coctione difflato humido con„ centratur magis. Origanum autem adjicere

(o) Med. rat. syst. l. c. cur. §. 11.
(p) De intern. affectionib. p. m. 537.

Digitized by Google

„ præcepit procul dubio ad roborandum ſto-
„ machum et genus nervoſum debilitatum.
„ Ego, ſi lac aſininum haberi nequit, ita
„ lactis curam adornare ſoleo, ut præcipiam
„ primum per 2 vel 3 dies mane potare lac
„ e vaccis herbis recentibus et appropriatis
„ paſtis mulctum ad ℔j, in qua uncia man-
„ næ aut ſacchari roſati vel conſervæ roſa-
„ rum diſſoluta: dein menſuram ſolius lactis
„ quotidie bibere præcipio, addendo ſaccha-
„ ri ʒß et nitri ʒß. Pro circumſtantiarum
„ ratione, præſertim ubi ſuſpicio labis in
„ meſenterio aut exulcerationis in viſcere
„ interno, lacti confundo ad dimidias vel
„ tertias aquam aut puram fontanam aut
„ longe melius Selteranam mineralem; hac
„ vero deficiente aquam communem infun-
„ dere ſvadeo cum veronica, ſoncho, pul-
„ monaria, hepatica, muſco pulmonario,
„ tuſſilagine, hedera terreſtri, ſcolopendrio,
„ capillis veneris, floribus hyperici et roſa-
„ rum, et infuſum hoc cum tantumdem
„ lactis vel caprilli vel bubuli calide bibere,
„ adjecto ſaccharo, et pro meliori abſterſio-
„ ne aliquot guttis olei ♁ri per deliquium.
„ Cura hæc minimum per 6 hebdomades con-
„ tinuanda, ac interea vitanda omnia,

Digitized by Google

„ quæ ſtomachum gravant, debilitant, et lac „ coagulant. Merum quoque ex toto cir„ cumcidendum, et non aliud ad ſtomachum „ fovendum concedendum, quam parcum „ Hungaricum aut mulſum ex melle Boruſſico „ confectum„. Hæc de lacte remediis alterato. Quod ſi lac ſincerum præbendum eſt, tunc

3. *Lac* eſto calidum ab uberibus mulctum ſuctumve, ſaccharo tamen aut melle, ne in ſtomacho cogatur, edulcoratum, ab animali non nimis vetulo et medicatis prius herbis paſto (*q*).

4. *Doſis* lactis ita conſtituenda eſt, *ut* ab aliquot unciis inchoando ſenſim uſque ad ℔ jv aſcendatur (*r*).

5. *Acida, aceſcentia* omnia, aut quæcunque lac in ventriculo coagulare valent, ſub ejus uſu vitanda ſunt, ipſum plane panem fermentatum vetat F. HOFFMANNUS (*s*). Tandem

6. *Qui feratur lac* ab ægro? diligenter videndum (*t*). Enim vero ſi nihil inde vel in pulſu vitii vel turbarum in ſtomacho ac-

(*q*) GALEN. meth. med. L. 7. C. 6.
(*r*) Ibidem L. 10. C. 11.
(*s*) In POTERIUM l. c.
(*t*) GALEN. l. c.

Digitized by Google

ciderit, imo cum euphoria bibatur, ejus in uſu pergendum; ſin contra quid eveniat, lac non bene ferri exiſtimandum eſt. Ejusmodi vero in caſu lacti opportune ſufficitur

§. 71.

III. *Serum lactis*, quo perinde complures hecticos conſtat fuiſſe percuratos. Duos memorat F. HOFFMANNUS (*u*), nempe „ acceperat vir quidam 30 annorum, non „ adeo robuſtus, a ſtudioſo medicinæ pilu„ las . . . purgantes, quæ tam fortiter et „ valide operationem ſuam exſecutæ ſunt, „ ut licet dimidiam earum partem ipſa ſub „ aſſumptione vomitu rejiceret, per plures „ tamen poſtea dies alvus jugiter flueret, „ et vel centies deponeretur. Quo factum „ eſt, ut vires penitus collabaſcerent, ap„ petentia ciborum intercideret, ſomnusque „ inquietus acciſus et fere nullus eſſet. Ac„ ceſſit febris erratica intermittens, tandem „ in lentam vires et corpus penitus conſu„ mentem degenerans. Conclamatis ſic pro„ pemodum rebus ardentiſſimis precibus a

(*u*) Diſſ. de ſaluberrima ſeri lactis virtute §. 40. 42. Opp. T. 6. p. m. 16.

Digitized by Google

„ me auxilium flagitavit. Tum ego ad le-
„ ctum ægroti accedens eundem jam per ali-
„ quot hebdomades decubuiſſe, et ſudoribus
„ nocturnis colliquativis, nec non febre
„ lenta tabeſcere, cujus index erat pulſus
„ jugiter celer et debilis, percepi. Svaſi
„ igitur, ut ſepoſitis omnibus medicamentis
„ ſerum lactis caprilli, cujus præparationem
„ tradebam (*x*), quotidie per vices ad men-
„ ſuram hauriret, ſimulque gtt. xij liquoris
„ anodyni aſſumeret, et crebrius decoctum
„ dilutius avenaceum ſorbillaret. *Quibus*
„ per 14 dies continuatis ſomnus rediit, ap-
„ petentia reſuſcitata, vires refocillatæ, et
„ æger ita cum ſanitate in gratiam rediit,
„ ut munia ſua iterum obire poſſet ...
„ Similiter nobilis puella 3 circiter anno-
„ rum, tenerioris conſtitutionis, ut ſe ſe
„ adverſus variolarum populares tum circu-
„ tus habentium incurſum muniret, ex con-
„ ſilio medici purgans ex rad. jalappæ et
„ ℥ o dulci deglutit; a quo bis vel ter tan-
„ tum dejecit; ſed appetitus penitus proſter-
„ nebatur, et ipſa corpus jactitando in-

(*x*) Ibidem §. 22.

Digitized by Google

„ ſomnes tranſigebat noctes, ac ſiti mirifice
„ excruciabatur cum æſtu corporis intenſo
„ et pulſu celeri. Acceſſi et commendavi
„ lactis ſerum ſecundum noſtram methodum
„ parandum: cujus uſu ſymptomatibus ſuc-
„ ceſſive exſpirantibus ſanitati reddita fuit
„ ægra „. Apud L. HEISTERUM (y) Conſiliarii filius 18 annum agens, valde macer, crebris narium hæmorrhagiis, orgaſmo ſanguinis, et aſſidua pene ravi cum pulſu celeri hecticoque manuum æſtu vexatus, imperato ſeri lactis vaccini, ope ſucci citri parati, ſub regimine potui mineralium aquarum ſolenni, in 3 vel 4 hebdomades potu, ita ut quotidie mane et poſt meridiem ab hora 4ª vel 5ª vaſculum ejus theatum omni $\frac{1}{8}$ vel $\frac{1}{4}$ horæ ſub corporis motu hauriret, vetitis potibus ſpirituoſis, ad cœnam tamen $\frac{1}{3}$ vini tenuis cum $\frac{2}{3}$ aquæ conceſſa, ſenſim ita convaluit, ut per triennium inde nullum dictorum ſymptomatum amplius perceperit. Subdit porro Auctor, pluribus quoque aliis potum ſeri lactis et Væ Sem ab ſe morbi in principio conſulta fuiſſe ſaluti.

(y) Medic. chir. u. anat. Wahrnehm. 1. Band. n. 151.

Digitized by Google

§. 72.

IV. *Lac ebutyratum* etiam nupero caſu (z) ad hecticam valde proficuum eſt obſervatum. E matre phthiſica, 5ª a partu hebdomade exſtincta, nata puella macra admodum, puſilla et debilis, primum lacte qua materno qua alieno, dein aqua et lacte et alica tenui nutriebatur. Vertente primo ætatis anno oculi vehementi inflammatione ac purulentia uſque adeo tentari cœpere, *ut per* menſes etiam lucis fuerint impatien*tes*, *et* puella in aliquot annos miſeram egerit vitam. Ab hoc demum malo vindicata per vices jam commode jam male habebat; donec octennis in hecticam incidit cum anorexia. Cum autem abhorreret ab remediis, clinica demum facta et continua febre nocturnisque ſudoribus enervata extenuabatur, mortique proxima videbatur. Conſultus pro ſalute illius medicus lac ebutyratum cum aciduli panis micis, quantum tres orbiculi caperent, maturorumque ceraſorum ℔j quotidie conceſſit. His ſolis in 3 heb-

(z) Fragmente zur Arznei - Naturkunde u. Geſchichte 1 Päkgen n. 1. p. 1.

Digitized by Google

domades victitanti febris paulatim abibat, nocturni sudores minuebantur, ac 3ª finiente hebdomade vires quoque et corporis habitus reverti observabantur. Redibat perinde aliorum cum ciborum tum potuum desiderium: nihilo tamen minus in cerasorum usu, quamdiu per anni tempus iis potiri licuit, perstitit; sicque demum plane convaluit. Decennis facta variolas superavit. Inde hodiedum annos nata 22 sana robustaque vivit.

§ 73.

V. *Vinum* dandumne, an vetandum? Multum hic a multis disceptatum; planissime tamen hac de re ita P. FORESTUS (*a*): „ quantum (ait) ad vinum attinet, male „ dant vinum in ephemera jam se se in he„ cticam mutante: propterea AETIUS de „ vino in hectica mentionem non facit; „ GALENUS (*b*) vero in hectica senectu„ tis concessit; secus autem in marasmo „ deurente, in quo magis officit,

(*a*) l. c. schol. ad obs. 6.
(*b*) De marcore Cap. 9.

Digitized by Google

„ quam prodeſt. AVICENNA in hac
„ re diligentiſſimus eſſe videtur, qui pri
„ potu prius proponit aquam; ſed poſtea
„ addit, ſi vires debilitentur, vinum pauci-
„ ferum adhibendum eſſe, tenue, cum mul-
„ ta aqua dilutum. Non ſemper igitur ex-
„ hibet vinum, niſi ratione virium, et non
„ ratione febris. Quod ſi vires adhuc ma-
„ gis proſternantur, et fit hectica ſynco-
„ poſa, in qua major adeſt imbecillitas, ex-
„ hibet aquam carnis deſtillatam, et 10 par-
„ tem vini addit. Et ideo vinum non ſem-
„ per dandum eſt in hectica. Atque hanc
„ cauſam quidam eſſe exiſtimant, quod pau-
„ ci ab hectica evadunt; cum plurimi vinum
„ accipiant. Interea viribus labaſcentibus in
„ exigua copia aquæ mixtum dari poteſt,„
velut id HEISTERUS (*c*) et alii ſuis hecti-
cis conceſſerunt. Confirmat hæc dicta J.
HELLWIGII (*d*) hiſtoria; cui „ narra-
„ vit . . . Svecus, Viennæ in Auſtria Co-
„ mitem quemdam F . . . juvenem variolis
„ ægrotantem, in principio morbi medicus

(*c*) Vide §. 71.
(*d*) l. c. Obſ. 159. p. 417.

Digitized by Google

„ forſan largiter nimis ſangvinem mitti cum „ juſſiſſet, in febrem hecticam inde incidiſſe, „ conſumpta prorſus in corpore omni carne, „ cuteque late attrita ob diuturnum in lecto „ decubitum. Verum cum æger ſitiens aliquando vinum a medicis ſeveriſſime interdictum avidiſſime expeteret, medicorum „ ſeveritatem ac patientis aviditatem temperaturus Svecus ipſe Comiti hauſtum bonum vini albi cum vitello ovorum probe „ permixti obtulerat: quo aſſumpto ægrotus „ vires mox recolligens priſtinæ ſanitati reſtitutus fuit; cutisque attrita balneo aquæ „ dulcis duntaxat tepido, dum medici lactis „ balneum volebant, conglutinata et ſanata „.

CAPUT III.

MOTUS, QUIES.

§. 74.

MOTUS *muſcularis* ſalubris, qui vires non dejiciat, quanti ſit ad debile ex laxitate ſolidorum corpus roborandum, neminem (puto) fallit: proinde in hectica quoque, ſi infarctus viſcerum a p. n. laxitate vaſorum

Digitized by Google

humorumque lentore oborti eandem accivere, curanda non erit negligendus; quippe qui adaucto humorum motu ſtaſes loco moveat, vaſorum in humores actionem intendat, ſicque in hecticæ cauſam abolendam collimet. Unde pueris infarctu meſenterii, indeque hectica febre, laborantibus motus corporis nunquam non eſt ſalutaris. Eximium hanc in rem exemplum C. M. BURCHARDUS (*e*) ſuppeditat: „puer cum per „ 17 hebdomades hectica hypochondriaca de„ cubuiſſet cum tali virium proſtratione, „ corporis conſumptione, ac ἀνεσθησία, ut „ ad interrogata non reſponderet, nec pa„ rentum vel fratrum, quoties præſentes ad„ eſſent, ullam gereret curam; tandem cum „ cœlum circa exitum veris nobis magis be„ nignos concederet dies, curriculo parvo „ per hortorum compita quotidie circum„ vectus, et grato objectorum aſpectu ex„ hilaratus, intra ſpatium 14 dierum et con„ fabulari et incedere rurſus didicit, ſucci „ plenus nunc, et integra fruens valetu„ dine „.

(*e*) Diſs. cit. §. 59. p. 32.

Digitized by Google

§. 75.

QUIES contra cum corporis tum animi iis præsertim hecticis est consulenda, quos improbi labores, curarum cohortes, studia, vigiliæque protractæ, et animi perturbationes ad morbum hunc deduxere. Sola his quandoque ab immoderatis fatigiis requies omnem absterſit hecticum calorem, duosque hujusmodi casus refert V. RIEDLINUS (*f*): amicus nempe ejus cetera sanus cum toto biennio gravibus distineretur negotiis, insolitam paulatim sentire cœpit lassitudinem cum superveniente demum tussi et corporis extenuatione; quæ mala cum idoneorum remediorum ab usu pene exacerbarentur potius, Auctor serio quietem a negotiis svasit, et iter ad acidulas consuluit. Quo dum veniſſet, ut ut nec has nec alia usurpasset remedia, nihilo minus tamen omnis mox tussis desiit, multum etiam lassitudine imminuta; cujus deinde reliquias immerso aliquoties in balneum corpore penitus abegit, sanusque abhinc vixit. „ Eodem plane modo

(*f*) Lin. med. ann. 5. Aug. 3. p. 789.

Digitized by Google

„ profuit hujus viri ſorori quies . . .
„ Cum enim hæc ad medicum quemdam
„ . . . profecta fuiſſet, ut eum itidem
„ propter laſſitudinem inconſvetam et con-
„ ſumptionem conſuleret, præſertimque in-
„ terrogaret, num balneo opus haberet?
„ Hic noſcens eandem præeſſe familiæ am-
„ pliori, et hinc quiete neceſſaria raro
„ frui, illam apud ſe per 3 fere hebdo-
„ madas detinuit. Et ecce! tam parvo tem-
„ poris ſpatio quies præſtitit, quod niſi
„ manibus quaſi palpare potuiſſet, nunquam
„ credidiſſet; jam enim balneo ulterius ſe
„ non habere opus pervidit, et . . . ſana
„ et incolumis domum rediit, per aliquot
„ etiam annos hoc beneficio fruita fuit „.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT IV.

AER.

§. 76.

AER, in quo hecticis verſandum eſt, duas habeat dotes, exigente GALENO (*g*), oportet, videlicet *humidus* ut ſit, et *frigidus*; qui ſi talis non fuerit, arte reddendus eſt et humidus et frigidus, vel certe locus cum alio, ubi ille ita ſit conſtitutus, mutandus eſt ægro. Hinc æſtate calida jubet GALENUS ægrum degere in loco ſubterraneo frigido, perflato, et ad ſeptemtrionem vergente: „ quo ſolo remedio nos, inquit „ L. RIVERIUS (*b*), hecticum extrema „ macie confectum intra menſem reſtitutum „ vidimus „. Quod ſi vero aut locus hujusmodi haberi nequeat, aut aer in eodem non ſatis humidus frigidusque ſit, arte factis exhalationibus id ſupplere licebit.

(*g*) Meth. med. L. 10. C. 8.
(*b*) l. c.

Digitized by Google

„ Gelida enim aqua, ait G. SWIETEN (*i*), „ ex profundo puteo in primis hauſta, in „ pavimentum et ad parietes reſperſa, gra„ tum et tutum aeris refrigerium conciliat. „ Cum autem ſale marino, ammoniaco, ni„ tro, aquæ additis pro lubitu fere frigus „ aquæ augere poſſimus (illi ſales enim illo „ tempore, quo ſolvuntur in aqua, frigus „ faciunt, uti ex chemicis conſtat), patet „ nimium calorem aeris pulcherrime ſic „ temperari poſſe„. Eundem etiam in finem utiliter adhibentur exhalationes plantarum; nam (*k*) „ demonſtravit accuratiſſimis ex„ perimentis Cel. HALES (*l*), plantas in„ credibilem aquæ copiam abſorbere et ex„ ſpirare iterum: optimum ergo erit hoc „ artificio aquam per aerem diſpergere, dum „ v. g. abſciſſi ſalicis rami arenæ madidæ „ immerguntur. Sunt præterea plantæ non „ nullæ, quæ una cum aqua exhalant ama„ bilem fragrantiam una cum grato refri„ gerio: florentis ſambuci arboris rami „ huic uſui pulcherrime conducunt; verum

(*i*) l. c. ad §. 605 No 2.
(*k*) Ibidem.
(*l*) Vegetable Staticks C. 1.

Digitized by Google

„ non omni æſtatis tempore florent. Plures „ tamen aliæ plantæ his ſubſtitui poſſent, ut v. „ g. oxyacantha, ulmaria, roſæ, &c. quæ ſimili „ fragrantia pollent. Sic non tantum aeris „ nimius calor temperatur; ſed et, dum „ talis aer humidus et frigidiusculus redditus „ inſpiratur, et ſuperficiem corporis omnem „ alluit undique, ſiccitas a nimio calore fa- „ cta tollitur„. Quem in finem jubet etiam GALENUS (*m*) ſpargi ſuper habitaculi pavimento plurimas roſas vel vitium capreolos vel ſummitates ruborum vel ramos lentiſci, &c. turba quoque hominum ingredi prohibita; quod hæc aerem excalfaciat. Ceterum ſæpe etiam profuit urbanum aerem cum rurali aut montano commutaſſe. Ita apud F. HOFFMANNUM (*n*) puerperæ 30 annis, majori, obeſæ, nimioque lochiorum fluxu laboranti, cum nihilo minus aliquoties et ſanguis e brachio demptus et cathartica data fuiſſent, e virium jactura macies, lentus calor, cachexia, pedumque tumor,

(*m*) Meth. med. L. 10. C. 8.

(*n*) Diſs. de imprud. medicat. multor. morbor. et mortis cauſa §. 11. Opp. T. 6. p. m. 298.

Digitized by Google

per ſemeſtre fere moleſta fuerunt; donec aere mutato, probaque diæta reſtitueretur. Perinde filiolo MORTONI (o) hectico ruralis aer cum aliis remediis ſanitatem reſtituit.

CAPUT V.

LECTUS, SOMNUS

§. 77.

LECTUS quoque non poſtremas ſibi vindicat curas; quandoquidem e nimio illius calore filia TRAULI apud AMATUM (p) hectica evaſit. Hinc probe cavendum a lecto nimios calores et ſudores cauſante. Eapropter AVICENNA (q) hecticis auctor eſt, ut æſtate decumbant in lecto e corio vento pleno, hyeme vero ſuper culcitra, nequaquam autem in plumis æſtum ſudoremque moventibus, quas omnes

(o) Vide §. 55 c).
(p) Vide §. 24.
(q) Apud FOREST. l. c. obſ. 4.

Digitized by Google

hic ſollicite vetant. Porro FORESTUS cum AMATO (*r*) crebram linteorum alborum inculcat permutationem, leni et grata præſertim fragrantia prius imbutorum (*s*), v. g. ſi aqua vel roſar. vel alia irrorentur. „Re„liquum autem corpus, inquit A. TRAL„LIANUS (*t*), ſolummodo moderate co„operiri oportet, ut ne pluribus integumen„tis ſuperjectis ipſe æger inde magis inca„leſcat, atque ideo quamdam virium defe„ctionem ac reſolutionem ſuſtineat„.

§. 78.

SOMNUS porro „nec longior nec bre„vior ſit, ait L. RIVERIUS (*u*); nam „longior viſcerum calorem auget, . . . „brevior corpus magis exſiccat. Minus „tamen incommodi ex paulo longiori quam „ex juſto breviori oritur; quia ſomnus val„de humectat, quod in hac febre maxime „expetendum eſt„.

(*r*) Vide hiſtor. I.
(*s*) RIVER. l. c. p. m. 505.
(*t*) L. 12. C. 4.
(*u*) l. c.

Digitized by Google

CAPUT VI.

PATHEMATA ANIMI.

§. 79.

ANIMI *pathemata* denique prudenter ſunt gubernanda. Noxius hecticis eſt mœror, metus, ira, terror, et his affinia; quandoquidem inde (*x*) ſanis etiam hectica oboriri conſvevit. Magnopere igitur *mentis* tranquillitas animique hilaritas eſt conſectanda ac tuenda, fugiendo curas, negotia, lites, dandoque ſe amicorum cœtibus, jucundis oculos ſpectaculis paſcendo, muſicis aures mulcendo concentibus, deſideriisque limites præfiniendo, quorum e claſſe vel maxime veneris appetentiam abeſſe oportet, ut quæ vires magnopere exſolvat, humorumque motum concitet. Juſſerunt etiam extenuatiſſimum illum apud FORESTUM (*y*) juvenem de ſalute bene ſperare; ne continuo propinquæ mortis metu curæ vigiliæque ma-

(*x*) Vide §. 25.
(*y*) Vide §. 68 No 1.

Digitized by Google

gnitudinem morbi augendo, curationem irritam efficerent. Eſt nihilo minus, ubi vehementioribus animi motibus ſuum ſit pretium in curatione febris hecticæ, ac vel maxime dum iſtam in febrem intermittentem, ſi ex hac originem traxit, denuo vertere contendas; tunc enim vero vel terror vel ira vehemens ægrum voti compotem interdum reddit. Sic S. SEELMATTER (z) „ laboraverat . . . aliquando (ait) in hac „ urbe civis quidam per plures annos ſym„ ptomatibus febrem hecticam ſimulantibus, „ a 3na olim in Germania citius ſuppreſſa; „ in quo fruſtra remediis febris revocatio „ tentata. Sed quem medicina non potuit „ obtinere effectum, ex improviſo opportu„ na præſtitit iracundia, a qua febris reci„ divam paſſus, dein juxta artis regulas re„ ſtitutus, jam a pluribus annis optime „ valet„ (a).

(z) Morbi circa Tobinium familiares &c. §. 19. in A. HALLERI diſput. medico - pract. T. 6. No 221. p. 706.

(a) Confer. §. 38 c).

Digitized by Google

HISTORIA II.

AMATI (b)

Exhibens veteribus, GALENO *in primis, ſolennia ad hecticam remedia iisque utendi modum, queis adhibitis valetudo priſtina rediit.*

Romanus juvenis temperatura bilioſus poſt elapſam hyemem, in qua a febribus graviter correptus fuerat (c), et jam liber videbatur, male habere cœpit; nam de capitis dolore querebatur, male ad oblata ſe habebat, tumultuoſe dormiebat, nec ſe febricitare dicebat. Hujus igitur malas affectiones inquirens eum hectica febre laborare deprehendi. Primo is in dies gracilior cum corporis totius non ſolita ariditate (d) evadebat. Secundo ejus calor primo quidem tactu mitis, proceſſu vero acer mordax ſiccus cum quadam ſcabritie percipiebatur (e).

(b) l. c. Cent. 3. cur. 1.
(c) Confer. §. 30 d).
(d) Confer. §. 17 b).
(e) Confer. §. 5 c) n. 2.

Digitized by Google

Tertio poſt aſſumptum cibum una vel altera interpoſita hora calor. . . ad horam illi intendebatur (*f*), et pulſus ita eſſe atteſtabantur; quia magnitudine et velocitate allato cibo augebantur (*g*) . . . Quarto continue febricitabat, tametſi febricitare non ſe ſentiebat . . . Pulſus aderant non admodum debiles cum quadam tamen percepta duritie . . . Ejus egeſtiones et urinæ pinguedinem quandam præ ſe ferebant (*b*) . . . Primo igitur eum in aere frigido et humido decumbere fecimus (*i*), admonendo ut ejus cubile commodam haberet latitudinem, et culcitra mollis eſſet, lana et non penna plena (*k*) . . . Stragula quoque albiſſima, ſicut decet, et minime ſordida, quæ ſæpe immutari (*l*) debent . . . Cibus huic oblatus eisdem qualitatibus præditus erat, quibus aer, ſed ſucci optimi, quem ſingulis

(*f*) Ibidem n. 4.
(*g*) Ibidem b).
(*b*) Confer §. 6. a).
(*i*) Confer §. 76.
(*k*) Confer §. 77.
(*l*) Ibidem.

Digitized by Google

4 horis ſumebat (*m*), . . . Contuſum ex carnibus caponum, pullorum gallinaceorum, hædi, et non nunquam juvénculæ bovis lactentis (*n*), non niſi frigidis ſeminibus apparatum, cui ſæpe cremoris ptiſanæ tertiam partem miſceri mandabamus (*o*) . . . Sed jurulentæ carnes prædictæ non niſi lactuca aut malva aut intybo parabantur . . . quibus . . . ovi luteum et album pauco omphacio concuſſa miſceri faciebamus, veluti aromatum vice coriandrum viride aut ſiccum pauco croco piſtum, cetera vero aromatum genera ut venenum fugiebat. Piſces porro petroſi (*p*) tam marini quam dulci aqua natantes . . . liberaliter illi concedebantur. . . . Fructus (*q*) . . . ex ſole . . . ſiccatis elargiebantur pruna, ceraſa, amygdalæ, piſtacia, et pinea, præcipue ſaccharo parata (*r*), martii panes, ſemen melonis ſaccharo incruſtatum, amygdalæ ſaccharo coo-

(*m*) Confer §. 64.
(*n*) Confer §. 65 n. 9.
(*o*) Ibidem n. 2.
(*p*) Ibidem n. 8.
(*q*) Ibidem n. 6.
(*r*) Ibidem n. 7.

Digitized by Google

pertæ, et hujus generis ſaccharo confecta bellaria et tragemata. Potus aqua hordei (*s*) erat, aliquando vero vinum . . . pauciferum (*t*) prædicta dilutum aqua . . . Primo igitur ut æger in aurora biberet, ſic paratum fuit :

℞. Pimpinellæ
Endiviæ
Cichor.
Lactucæ aa M. j.
Hordei ℔ ß
Flor. borrag.
—— bugloſſi
—— violar.
—— roſar.
—— nymphææ aa ʒj
Prunor. Damaſc. No x
Sebeſten No xv, in ℔ vj
Aquæ F. decoctio, quouſque maneant ℔ jv, et per manicam trajiciantur.

℞. Prædictæ decoctionis ʒiij
Syr. de cichor. ſimpl.
—— nenupharini aa ʒj. M. F. ſyru-

(*s*) Confer §. 67.
(*t*) Confer §. 73.

Digitized by Google

4 horis ſumebat (*m*), . . . Contuſum ex carnibus caponum, pullorum gallinaceorum, hædi, et non nunquam juvénculæ bovis lactentis (*n*), non niſi frigidis ſeminibus apparatum, cui ſæpe cremoris ptiſanæ tertiam partem miſceri mandabamus (*o*) . . . Sed jurulentæ carnes prædictæ non niſi lactuca aut malva aut intybo parabantur . . . quibus . . . ovi luteum et album pauco omphacio concuſſa miſceri faciebamus, veluti aromatum vice coriandrum viride aut ficcum pauco croco piſtum, cetera vero aromatum genera ut venenum fugiebat. Piſces porro petroſi (*p*) tam marini quam dulci aqua natantes . . . liberaliter illi concedebantur. . . . Fructus (*q*) . . . ex ſole . . . ficcaris elargiebantur pruna, ceraſa, amygdalæ, piſtacia, et pinea, præcipue ſaccharo parata (*r*), martii panes, ſemen melonis ſaccharo incruſtatum, amygdalæ ſaccharo coo-

(*m*) Confer §. 64.
(*n*) Confer §. 65 n. 9.
(*o*) Ibidem n. 2.
(*p*) Ibidem n. 8.
(*q*) Ibidem n. 6.
(*r*) Ibidem n. 7.

Digitized by Google

pertæ, et hujus generis ſaccharo confecta bellaria et tragemata. Potus aqua hordei (*s*) erat, aliquando vero vinum . . . pauciferum (*t*) prædicta dilutum aqua . . . Primo igitur ut æger in aurora biberet, ſic paratum fuit :

℞. Pimpinellæ
Endiviæ
Cichor.
Lactucæ aa M. j.
Hordei ℔ß
Flor. borrag.
—— bugloſſi
—— violar.
—— roſar.
—— nymphææ aa ʒj
Prunor. Damaſc. No x
Sebeſten No xv, in ℔ vj
Aquæ F. decoctio, quouſque maneant ℔jv, et per manicam trajiciantur.

℞. Prædictæ decoctionis ʒiij
Syr. de cichor. ſimpl.
—— nenupharini aa ʒj. M. F. ſyru-

(*s*) Confer §. 67.
(*t*) Confer §. 73.

Digitized by Google

pus, et quater iteretur. Elapſis vero 3 horis poſt ſyrupi potum duo ova ex aqua roſacea tremula illi edenda (*u*) concedebamus; ſequentibus vero aliis 2 horis ad balneum ipſum trahebamus dulci aqua compoſitum, qua incoctæ erant herbæ (*x*) malva, folia nymphææ, lactucæ, violarum, endiviæ, cichoreæ, et ſimilium, in quo temperate calido balneo per ½ horam morabatur, caput ſemper ab irrigatione cavendo. At cum a cortina . . . primo egreſſus fuit, eum totum frigida *aqua* conſpergi feci . . . Cum hic æger aquæ *frigiditatem* ferret, ſequentibus diebus ex cortina eductum calido ſyndone leniter ab aſſiſtentibus abſtergi commendabam, et hoc ungvento illini (*y*):

℞. Olei nenupharini
— violacei
— de cucurbita aa ℥j
Butyri rec. ſalis expertis ℥ß, cum
Cera alba q. ſ. ad ignem F. molle ungventum, quo univerſa ejus membra inun-

(*u*) Confer. §. 65. No 4.
(*x*) Confer. §. 58 a).
(*y*) Confer. §. 61.

Digitized by Google

gantur . . . At cum universum corpus prædicto ungvento illini dico, hujus jecur ex santalino, veluti cor ex nenupharino, foveri intelligas, velim; nam os ventriculi cydoniorum oleo roborabatur . . . Ceterum ægrotus noster cum post balneum inunctus lecto decumbebat, nostris monitis protunc non dormiebat; quia a balneo somnus maxime exsiccat (z); imo potius cum parum requievit, illi cibum obtulimus, ac primo ex capi pulpamentis contusum, saccharo, amygdalis, et frigidis seminibus paratum ebibit, post quod ejusdem capi jurulentarum carnium non nihil deguſtavit, et ultimo pinosaccharato prandium clausit, et ex hordeo aquam ebibit, quandoque julepo violaceo admixtam. Sequentibus vero singulis 4 horis cibum repetebat . . . Sic . . . noster hic æger per 4 priores gubernatus dies 5° sequenti hoc ebibit pharmacum (a):

℞. Mannæ electæ ℥iij, in

Jure pulli gallin. lactuca alterati q.s. M. quod per horam ante prandium hausit,

(z) GALEN. meth. med. L. 14. C. 15.

(a) Confer. §. 43. sq.

Digitized by Google

et eo alvus optime reſpondit. Sequentibus vero diebus ita a nobis gubernatus ſanitati fuit reſtitutus: ſingulis igitur auroris primo ptiſanam optime coctam et ſaccharo bene concinnatam illi propinabamus, cujus vice quandoque amygdalarum colatum, non nunquam vero . . . non colatum veniebat, veluti capi aut gallinæ juſculum lacve... A cujus potu duabus interpoſitis horis ad balneum eum trahebamus, quale ſuperius deſcripſeramus; quamquam et capite vervecis vel inteſtinis aut pedibus optime *diſcoctis* parari quandoque illud faciebamus: quo per $\frac{1}{2}$ horam morabatur; et illico cum ab eo exibat, non aqua frigida perfundi et irrigari permittebam, ſed tingi potius univerſum ejus corpus panno aqua frida immerſo, ac poſtea pannis calidis leniter abſtergi, et prædicto unguento ungi mandabamus. De corde porro, jecore, ac ſtomacho ſolliciti admodum ſemper eramus, prædictis cum unguentis tum epithematis, ad ſolitam temperiem ea reducendo. A balneo vero cum parum requieverat, lac aſinæ (*b*)

(*b*) Confer §. 68 n. 2.

Digitized by Google

unius libræ pondere recens emulctum cum uncia una vel altera ſacchari fini permiſtum elargiebamur . . . Quatuor vero elapſis horis a lactis potu carnium contuſum, modo a nobis citato paratum, dabamus, non nunquam piſces petroſos dulcis aquæ optime paratos, veluti jurulentas carnes non niſi optimi nutrimenti et ſucci, cum quibus ſæpe teſtudinum nemoralium (*c*) et cancrorum fluviatilium (*d*) pulpamenta coquebantur . . . ſuper quæ nutrimenta pinoſaccharatum vel martii panes vel diacydoniten ſaccharo et absque ſpeciebus paratum comedebat. At 6 interpoſitis horis iterum eum ad balneum trahebamus; quia eo maxime oblectabatur: a quo extracto, et ut dixi gubernato iterum illi ſubito lac aſininum dabamus. Cui antea et poſtea quoque confectiones reſtaurantes (*e*) dictas offerebamus . . . Pluribus igitur diebus ſic tractatus ſola hordeacea pauco cum julepo violaceo miſta aqua in potu contentus bene ſe

(*c*) Confer §. 65 n. 10.
(*d*) Ibidem n. 1 c).
(*e*) Ibidem e).

Digitized by Google

habuit; cujus vice poſtea vinum pauciferum olygophoron dictum conceſſimus; ac intra menſem ex gracili et hectico craſſus et rubicundus eſt redditus.

Alium huicce per omnia pene ſimilem caſum Cent. 5. cur. 4 narrat; cujus utriuſque imitationem in P. FORESTO l. c. L. 4. Obſ. 1. videre eſt.

HISTORIA II.

P. FORESTI (f)

Inſignem ſiſtens caſum hecticæ jam tabidæ cum ſuſpicione phthiſeos, paucis iisque fere euporiſtis remediis percuratæ.

THEOD. FORESTUS frater meus cariſſimus, juvenis raræ texturæ et bilioſus, poſt hypochondriacam melancholiam et longos perpeſſos morbos etiam in 3nam incidit ac in catarrhum. Poſtea vero A. 1554 ad tabem pervenit. Cumque ſuſpicio adeſſet de pulmone fere exulcerato ex catarrho delabente in

(f) l. c. L. 4. Obſ. 5.

Digitized by Google

in pulmonem, ſputo ſatis purulento apparente; verum quod dictu mirum videri poſſet, cum hic emulſione hordei, amygd. dulc. et ſem. 4 frig. frequenter uſus eſſet, et aſſidua ſucci hordei (*g*) potatione . . . cum pulla eviſcerata, . . . deinde ♆e HALY contra tabem (*h*), . . . et pro potu cereviſia, in qua farfara . . . incocta erat, ſputum purulentum paulatim ceſſavit, et febris hectica deinde . . . aliis humectantibus et refrigerantibus remediis tam intra ſumptis quam extra admotis, etiam reſumptivis, tum lactis (*i*) uſu tandem intra 2 menſes ex gracili et hectico habitu craſſior et rubicundior factus eſt, et magna noſtra induſtria præter ſpem multorum convaluit.

(*g*) Confer §. 67.
(*h*) Vid. Diſpenſ. Vienn. fol. 165.
(*i*) Confer. §. 68.

Digitized by Google

HISTORIA III.

L. HEISTERI (k)

De febre hectica inchoante, potu gelido calente corpore ſumpto contracta, et curata.

Vir 26 annorum, nec magnus nec robuſtus, ante 6 hebdomadas a potu, dum e ſaltatione incaluiſſet, hauſto (l) incidit in anxietatem, tuſſim cum crebris ſputis, copioſosque ſudores diu noctuque moleſtos, ac virium imminutionem. Conſilium petenti Auctor ſequentia præbuit:

℞. Tamarindor. ℥ß
Fol. ſennæ el. ʒ iij
Crem. ☐ri ʒß. Ebulliant in
▽æ ſ. q. per ¼ h. Colat. ℥ijß adde
Mann. Calabr. ℥j. M. S. tepide mane pro doſi. Porro

℞. Spec. pectoral. noſtr. ℥jv.
D. pro infuſo bis quotidie uſurpando cum elix. pectoral. WEDELII gtt. 40 ad 45.

(k) l. c. 2 Band No 459.
(l) Confer § 26 b).

Digitized by Google

℞. Sperm. cet. recent.
Lap. 69 citr. aa ʒij
Sacch. cand. alb. ʒjß
Ol. ſtill. aniſi gtt. vj. M. F. ♁ ter quotidie, mane 10ª, a meridie 5ª, et ante ſomnum ad cochl. j caffeaceum vel per ſe vel ex aqua fœniculi ſumendus; imo etiam tuſſi vel anxietate vexante uſurpandus. Poſt 3 hebdomades nunciat æger, anxietates, tuſſim, ac ſudores ab his remediis pene evanuiſſe, animumque ſibi eſſe bibendi aquam Selteranam nuper commendatam. Imperata ergo Væ Se iteratoque ſuperiore eccoprotico, juſſus eſt Selteranam aquam cum ¼ lactis tepide bibere, et 3° quoque die, ſi alvus conſtiparetur, ante aquarum hauſtum ſalis amari cathartici ʒß aſſumere, et denique ½ hora ſemper ante paſtum gtt. 70 ad 80 ſequentis elixirii capere:

℞. Extr. card. bened.
—— gentian. rubr.
—— veronicæ
—— helenii aa ʒij
Liqv. terr. fol. ♀ri ʒß
Vini malvat. ʒjß. M. D.

Digitized by Google

HISTORIA IV.

F. HOFFMANNI (*m*)

Singulare hecticæ cum glandularum intumescentia ex terrore ortæ exemplum suppeditans, quæ idoneis demum remediis cessit.

Femina sexaginta et trium annorum, tenera admodum, ante 5 menses terrore fuerat perculsa gravi, (*n*), et confestim molestam tractionem et tensionem in *artubus* persenserat. Ante 3 menses supra claviculam sub musculo mastoideo in utroque latere exortus tumor, qui rebellis fuit, nec ullis cedere voluit remediis. Interea lenta et vires consumens febricula ab aliquot jam mensibus ægram incessit cum ardore in volis manuum et plantis pedum (*o*), præsertim circa mediam noctem affligens. Accesserunt per intervalla capitis pulsantes et tensivi dolores, qui sub cute modo huc modo illuc discurrerunt ad cervicem quin ad gingivas

(*m*) Med. rat. syst. l. c. obs. 9.
(*n*) Confer §. 25.
(*o*) Confer §. 5. c) n. 3.

Digitized by Google

uſque. In artubus ſæpe tractiones fibrarum muſculoſarum oculis conſpiciendæ cum dolore lancinante adfuerunt. Nauſea quoque cum anxietate, nec non tormina ventris obſcura non nunquam afflixerunt, alvi feceſſu ut plurimum ſoluta. Appetitus fuit proſtratus, urina craſſa, turbida, rubra, cum ſedimento et cuticula oleaginoſa (*p*), præſertim paroxyſmo finito, feceſſit. Omnia autem hæc ſymptomata mox 2° mox 3° die invaluerunt cum pulſu celeriori, qui tamen frequens ſemper fuit, ſed exiguus . . . Primum fuit, ut primæ viæ a ſordibus repurgarentur (*q*): hinc magneſia cum ſale Epſonienſi ad ʒſ data cum lacte amygd. mannato, et clyſter injectus ex decocto avenaceo, manna et chamom. floribus. Mane jejuno ventriculo potum caponis brodium, cui incoctæ radices petroſelini, fœniculi, cichorii, herba naſturtii aquatici, addito cancrorum fluviatilium ſucco. Oblatus tum quoque ℥ ß ex cancror. lapidibus, nitro et ſolutione ocul. 69. Potui ordinario ſerviit ptiſana (*r*). Ex-

(*p*) Confer §. 6 a).
(*q*) Confer § 43. ſq.
(*r*) Confer §. 67.

Digitized by Google

terius glandulis tumidis et dolentibus impoſitum emplaſtrum diachylon ſimplex cum ſperm. ceti, oleo hyoſciami, croco et camphora: et ad artuum dolores complacandos linimentum diſcutiens et antiſpasmodicum inunctum. His ægra ... intra menſem ex ancipiti levata, et febris perſanata.

HISTORIA V.

EJUSDEM (s),

In qua Auctoris methodus hecticæ in bibonibus curandæ cum memorabili caſu continetur.

Juvenis melancholico-cholericus 20 annum egreſſus compotationibus et ebrietati intemperantiſſime deditus (t), aliquoties hæmoptiſin paſſus fuerat cum pectoris anguſtia et quaſi ebullientis ſanguinis ſenſu circa præcordia; ſemper tamen liberatus tempeſtiva V^æ S^e, pediluviis, et congruis temperantibus atque nitroſis. Accidit vero, ut

(s) l. c. Obſerv. 10.
(t) Confer. §. 26 b).

Digitized by Google

vehementi ira aliquoties commoveretur (*u*), quam ſecuta notabilis virium et appetitus proſtratio, ſpirandi difficultas, ſomnus inquietus, ſudor matutinus, tuſſis vehemens cum copioſo, ad libram minimum quotidie, ſcreatu: pulſus celer a meridie potiſſimum ad medium noctis cum calore in plantis pedum et volis manuum (*x*), urina turbida rubra interdum, cum ſedimento interdum tenui, corpore ſimul contabeſcente. Sic per 2 menſes varia medicorum conſilia expertus eſt et artificia ex pectoralibus, antifebrilibus, et refrigerantibus; ſed fruſtra. Tandem noſtrum petiit conſilium; vix tamen dubiam rebus ſic comparatis ſalutis ſpem facere potuimus. Interim lactis ſvaſi potum (*y*), quod quotidie bis cum decocto fabarum Coffeæ hauſit; loco potus bibit decoctum ex radice ſcorzoneræ, cichorii, et raſura C. C. cum paſſulis minoribus (*z*), potavitque Selteranas cum lacte ad menſuram quotidie (*a*). Sum-

(*u*) Confer. §. 25.
(*x*) Confer §. 5 c) No 3.
(*y*) Confer §. 68.
(*z*) Confer §. 47 c).
(*a*) Confer §. 70 No 4.

Digitized by Google

pſit ſubinde (*b*) gelatinam C. C. et uſurpavit ℈em ex rad. ireos Flor. liquirit. lap. 69, nitro et ſaccharo. His per menſem alternatim uſurpatis melius habere cœpit, æſtus mitior factus, et appetitus rediit. Hinc continuavit lactis potum et pulveris uſum. Subinde quoque juſcula ex carne vitulina ſumpſit, ſimulque appetentior placentarum, et iis, quæ minus graves et viſcidæ, liberaliter quotidie comedit. Sic tandem . . . æger tantum non deſperatus binis *menſibus* exactis ſurrexit, ſenſimque convaluit, *ac biennium* ſupervixit ſanus et integer. Sed cum poſtea . . . liquores ſpirituoſos, cereviſiam, vinum, maximeque ſpiritus ardentes ingurgitaret effuſius, nocte intempeſta perquam frigida e compotatione ebrius domum tendens in platea ſubito concidit, ac domum portatus morte exſtinctus eſt ſubita.

(*b*) Confer §. 65 No 5.

Digitized by Google

HISTORIA VI.

C. F. KALTSCHMIEDII.

De febri lenta hæmorrhoidali feliciter curata. 4 *Jenæ* 1765. *Resp.* G. G. VOGLERO.

Viro 37 annorum cholerico e diuturna humido in aere mora et abusu ciborum crudorum, viscidorum, farinaceorum non fermentatorum hæmorrhois aliquoties fluxit, et non relicta diæta prava iterum substitit. Aliquanto inde post repente in sævam incidit colicam hæmorrhoidalem, quam sumpta nucis mosch. ac ther. ANDROM. aa 3ß ex hausto spirituoso-vinoso fugavit quidem, at demum sensit virium lapsum, anorexiam, phlogoses, turbatumque somnum, quæ neglecta sensim ingravescebant cum calore p. n. assiduo, pulsu duro frequenti parvo, siti magna, copiosis sudoribus, et corporis emaciatione. Curatio ergo ad hæmorrhoides directa eo cum successu, ut iis in ordinem reductis febris etiam desierit. Idonea proinde imperata diæta, data absorbentia, mucilaginosa, farinosa, resolventia, &c. O-

Digitized by Google

mnium vero maxime profuiſſe obſervabantur iſthæc:

℞. Concli. citr. ℈jv
C. C. phil. ppt.
Nitri depur. aa ʒß
Syr. de hyacinth. ℈j. M. Div. in 8 doſes,

D. horis 8ª et 10ª veſperi ex apto vehiculo.

℞. Elix. balſam. HOFFM.
Eſſ. abſinth. comp. aa ʒij
Liqv. anod. min. HOFFM. ʒj. M. D. mane hora 7ª et 10ª, a meridie 3ª gtt. 40 ſemper. Tandem in fine curationis dati ẽs tonici 3ª quaque hora ſumendi:

℞. Cort. Peruv. ℈ij
C. C. ſine igne ppti
♀ri vitriolati aa ℈j. M. Divid. in 4 doſes.

His æger ſenſim ex toto convaluit.

Similem prorſus caſum ab J. P. WOLFFIO in Act. nat. cur. Vol. 9. obſ. 16 deſcriptum videre eſt, qui præter formularum acervum ſingulare nihil complectitur.

Digitized by Google

HISTORIA VII.

P. J. SCHENFELDERI (*c*)

De hectica consummata, quæ vulgo incurabilis habetur (*d*)., *sanata.*

Sartor . . . annos 30 natus, temperamenti bilioſi et raræ texturæ corripitur febri lenta per aliquot ſeptimanas . . . Vocatus offendi illum febri hectica laborantem, quæ ad extremam maciem et ſummam totius corporis debilitatem ipſum perduxerat adeo, ut ſuam forficem in altum tollere non amplius potens ab omnibus pro deſperato haberetur. Aderat enim calor valde acris et igneus cum pulſu celeri et languido, de nocte et poſt paſtum ingraveſcens (*e*), urinæ erant oleaginoſæ (*f*) et tinctæ cum alvi ſegnitie, ventriculi tumore et inflatione, appetitu carnis proſtrato, concomitante

(*c*) l. c. hiſtor. 3.
(*d*) Confer. §. 37.
(*e*) Confer. §. 5 c. No 4.
(*f*) Confer. §. 6 a).

Digitized by Google

pectoris gravitate, tussi ad noctem molestissima cum screatu materiæ viscidæ, absque tamen singulari siti et difficili respiratione. De nocte semper copiose sudabat, et totus factus pediculosus . . . Pedes circa talum intumescebant. Primo die purgatus est medicamento blando et leni ex manna et syrupo rosar. solutivo cum decocto florum et fructuum parato; postero die sanguinem detrahi (g) jussi ex vena salvatella dextræ manus; 3ª die sumpsit decoctum refrigerans alterans et humectans per plures dies continuando:

℞. Hepatis vituli rec. extr. et minut. incisi ℔ij. Coqv. in s. q. aquæ ad . . . remanentiam liquoris ℔ijß; postea exprimatur hepar, et coletur. In colatura coque

Rad. graminis
—— asparag.
—— borrag.
—— acetosæ
—— cichor. aa ʒj
Herb. endiviæ
—— hepat. nob.
—— tarax. aa M. j.

(g) Audax factum! Confer §. 56.

Digitized by Google

Flor. 4 cordial. aa p. j
Paſſul. minor. mundat. ℥jß
Ligni ſantal. citr.
Raſur. eboris
Sem. aniſi aa ʒij
Maciſ ʒß. M. incid. et coqv. in decocto hepatis vituli ad remanent. ℔jß. Doſi mane ℥jv vel v ſubcalide ſumenda, poſt ſeſquihoram juſculum. Urgente neceſſitate et propter alvi ſegnitiem injectus eſt talis clyſter eccoproticus humectans et emolliens:

℞. Decocti herbar. emoll. ℥viij
Caſſiæ pro clyſterib. ℥j
Elect. diacathol. ʒß
Butyri clyſmatici
Olei violar.
—— nymphææ aa ℥j
Vitelli unius ovi. M. F. clyſma.

Ex hoc clyſmate ingentem flatuum copiam egeſſit. Inflatum et diſtentum ventriculum fomentavi cum decocto abſinthii, menthæ, flor. chamom. et roſar. Poſtea ſequens ſcutum ſtomachicum applicari juſſi:

℞. Cerati ſantalini ʒß
—— de ladano

Digitized by Google

Empl. de meliloto aa ʒiij. malax. cum
Oleo chamom. et parum nuciſtæ. Extendantur, uti moris eſt, pro ſcuto ſtomachico. Percipiebat enim inſignem inflammationem et æſtum circa ventriculi regionem dextri lateris cum pulſu ſenſibili illius loci. Pro ventriculi ſimulque hepatis intemperie calida ſicca emendanda, illorumque diſcraſia corrigenda et corroboranda, flatuumque copia diſcutienda ſequens ordinatum electuarium:

℞. Conſ. flor. roſ. rubr.
—— abſinth. aa ʒjſs
Spec. diamargar. frig.
—— roſat. novellæ
—— aromatic. roſat. aa ʒſs
Cort. citri condit. ʒij
Salis nitri ʒſs, cum
Syr. de cort. citri F. electuarium, de quo ſumat ſæpius interdiu quantitatem nuciſtæ, ſuperbibendo ʒjv aquæ cichorii. Regio hepatis inungatur ungvento roſar. ſantalin. cum oleo chamom. miſto, ſuperimpoſito cerato ſantalino. Dorſum ſibi inungi curet ſubcalide ungvento infrigidante GALENI cum oleo viol. et nymphææ miſtis. Ad noctem bibat emulſionem ad plures dies pro ſomno conci-

Digitized by Google

liando et humectando in ſequentem modum paratam:

℞. Amygd. dulc. depilatar. ℥ß
Sem. 4 frig. maj. aa ℥ß
Papav. alb. ℥j, cum
▽ª roſar. et viol. aa q. ſ. F. emulſio, edulcoretur cum ſaccharo roſato tabulato. Pro avertendo catarrho et ſiti debellanda utatur ſæpius de nocte conſerva roſar. rubr. nucis juglandis magnitudine; de die etiam ſubinde maſticet parum de rhabarbaro, et pro alvi ſtipticitate ſumat juſcula, in quibus manna pro re nata diſſoluta, &c. Interim ſervata bona diæta quoad victus et potus rationem . . . præter omnium opinionem priſtinum ſuæ valetudinis vigorem adeptus eſt, vivitque etiamnum integer et incolumis.

Digitized by Google

INDEX I.

AUTHORUM.

A.

Abhandl. med. von London (vid. Heberden)
Accorombonus 351. 352. 365.
Acoluthus 93.
Acta Berol. 74. 122.
Acta Hafnienſ. 160.
Acta Haſſiaca 11.
Acta Mogunt. 48. 286. ſqq.
Acta Nat. Cur. 6. 46. 55. 72. 79. 93. 173. 180. 223.
Acta nov. Nat. Cur. 167. 282.
Acta Svec. 68.
Aetius 4. 379.
Alberti 89. 134.
Albrecht 72.
Alex. Tralliän. 4. 389.
Alpinus 313.
Alſton 237.
Amatus 83. 356. 392. 400.
Anecdot. medic. 176.
Annal. Vratisl. 44. 86. 363.
Aretæus 356.
Armſtrong 202.
Arnoldus 88. 172. ſq.
Arnot 178.
Avicenna 388.
Aurelianus 4.

B.

Baldinger 325. ſq.
Bartholinus 109. 160.
Baumer 11. 294.
Becker 98.
Benivenius 49.
Binninger 320.
Bonetus 36.
Borellus 117. 175. 351.
Braun 240.
Bruch 89.
Brune 322.
Büchner 51. 57. 69. 132. ſq. 166. 187. 208. 211.
Burchard 202. 382.
Burgius 217.

C.

Camerarius 240.
Celſus 4. 328.

Digitized by Google

Closs 171.
Cohausen 223.
Comment. von Edinb. 278.
Commerc. Nor. 69. 292.
Crüger 229.

D.

Delius 62. 66. 235.
Dillenius 55. 131. 268.
Dioscorides 341.
Dispens. Viennens. 269. 274. 401.
Dolæus 333.

E.

Ebenus 62.
Ettmüller 7. 8. 18. 19. 90. 122. 128. 192. 193. 204. 233. 235 237. 254. 274. 283. 340.
Ewald 5. 30.

F.

Fantonus 63. 67. 76.
Faschius 2. 134. 273.
Ferdinandi 359.
Fischer 6. 79. 363.
van der Flott 5.
Fonseca 82.
Forestus 67. 84. 85. 102. 117. 127. 130. 133. 144. 151. 186. sq. 188. 312. 330. 340. sq. 352. 379. 388. 400.
Fournier 82. 103. 345. 349.
Fragmente medic. 378.
Franzius 2. 134.
Fritze 195.

G.

Galenus 2. 5. 6. 7. 11. 12. 13. 14. 34. 41. 77. 87. 130. 139. 144. 157. 190. 309. 314. 332. 350. sq. 356. 374. 379. 385. 387. 397.
Gebauer 208. 211.
Gherli 81.
Gœtz 44. 69. 173.
Gohlius 74. 122.
Griffith 296. sqq. 321. 346. sq. 349.

H.

Hænius 213.
Hales 386.
Haller 57. 69. 89. 119. 182. 391.
Hartmann 74.
Hasenest 46.
Hebenstreit 57.
Heberden 9. 12. 29. 141. 148. 327. 333.
Heister 69. 294. 377. 402.
Hellwig. 362. 380.
Helwich 369.
Henning 133.
Herz 201.
Heurnius 69.
Hildanus 69. 71. 355.
Hildebrand 167.

Digitized by Google

INDEX I.

AUTHORUM.

A.

Abhandl. med. von London (vid. Heberden)
Accorombonus 351. 352. 365.
Acoluthus 93.
Acta Berol. 74. 122.
Acta Hafnienſ. 160.
Acta Haſſiaca 11.
Acta Mogunt. 48. 286. ſqq.
Acta Nat. Cur. 6. 46. 55. 72. 79. 93. 173. 180. 223.
Acta nov. Nat. Cur. 167. 282.
Acta Svec. 68.
Aetius 4. 379.
Alberti 89. 134.
Albrecht 72.
Alex. Trallian. 4. 389.
Alpinus 313.
Alſton 237.
Amatus 83. 356. 392. 400.
Anecdot. medic. 176.
Annal. Vratisl. 44. 86. 363.
Aretæus 356.
Armſtrong 202.
Arnoldus 88. 172. ſq.
Arnot 178.
Avicenna 388.
Aurelianus 4.

B.

Baldinger 325. ſq.
Bartholinus 109. 160.
Baumer 11. 294.
Becker 98.
Benivenius 49.
Binninger 320.
Bonetus 36.
Borellus 117. 175. 351.
Braun 240.
Bruch 89.
Brune 322.
Büchner 51. 57. 69. 132. ſq. 166. 187. 208. 211.
Burchard 202. 382.
Burgius 217.

C.

Camerarius 240.
Celſus 4. 328.

Digitized by Google

Closs 171.
Cohausen 223.
Comment. von Edinb. 278.
Commerc. Nor. 69. 292.
Crüger 229.

D.

Delius 62. 66. 235.
Dillenius 55. 131. 268.
Dioscorides 341.
Dispens. Viennens. 269. 274. 401.
Dolæus 333.

E.

Ebenus 62.
Ettmüller 7. 8. 18. 19. 90. 122. 128. 192. 193. 204. 233. 235 237. 254. 274. 283. 340.
Ewald 5. 30.

F.

Fantonus 63. 67. 76.
Faschius 2. 134. 273.
Ferdinandi 359.
Fischer 6. 79. 363.
van der Flott 5.
Fonseca 82.
Forestus 67. 84. 85. 102. 117. 127. 130. 133. 144. 151. 186. sq. 188. 312. 330. 340. sq. 352. 379. 388. 400.
Fournier 82. 103. 345. 349.
Fragmente medic. 378.
Franzius 2. 134.
Fritze 195.

G.

Galenus 2. 5. 6. 7. 11. 12. 13. 14. 34. 41. 77. 87. 130. 139. 144. 157. 190. 309. 314. 332. 350. sq. 356. 374. 379. 385. 387. 397.
Gebauer 208. 211.
Gherli 81.
Gœtz 44. 69. 173.
Gohlius 74. 122.
Griffith 296. sqq. 321. 346. sq. 349.

H.

Hænius 213.
Hales 386.
Haller 57. 69. 89. 119. 182. 391.
Hartmann 74.
Haseneft 46.
Hebenstreit 57.
Heberden 9. 12. 29. 141. 148. 327. 333.
Heister 69. 294. 377. 402.
Hellwig. 362. 380.
Helwich 369.
Henning 133.
Herz 201.
Heurnius 69.
Hildanus 69. 71. 355.
Hildebrand 167.

Digitized by Google

Hippocrates 3. 6. 371. ſq.
Hiſtor. morbor. Vratis. 369.
Hœchſtetter 176.
Hoffmannus 87. 93. 118. 121. 143. 192. 193. 197. ſq. 204. 221. 223. 228. 235. ſq. 246. 253. 256. 279. 308. 310. 312. 317. 329. 338. 350. 356. ſq. 361. 365. ſq. 368. 370. ſqq. 374. ſqq. 387. 404. 406.
Horſtius 135. 188.
Huxham 97.

I.

Jacobi 282.

K.

Kallſchmied 409.
Kanold 86.
Klaunig 106.
Knigge 254.
Kœhler 292.
Kunckel 226.

L.

Landais 90.
Langelottus 109.
Lanzonus 163.
Limprecht 180.
Lindanus 163. 192.
Lorent 123.
Lotichius 120. 206. 273.

M.

Marcard 325.
Marckmüller 244.
Marx 257. ſqq.
Mercatus 138.
de la Mettrie 180.
Metzger 265.
M. N. C. 49. 50. 63. 74. 114. 131. 150. 164. 217. 229. 231. 268. ſq. 285. 318. 323.
Monro 325.
Morgagnius 38. 48.
Morton 112. 161. 270. 285. 334.
Muraltus 114. 237. 285.
Myrrhen 49.

N.

Nunn 286. ſqq.

O.

Obſ. noſoc Varſav. 88. 291.

P.

Panarolus 163.
Paſchalius 346.
Paullini 65.
Paulus Ægin. 4.
Pawius 64.
Poterius 54. 132. 235. ſqq. 238. 247. 254. 274. ſq. 279. 362. 371.
Preuſſius 369.

Digitized by Google

Q.

Queirſch 165.

R.

Raulin 82. 241. 248. 250.
Reſes 138.
Reydt 270.
Rhodius 199.
Riedlinus 82. 145. 149. 152. 233. 239. 267. 271. 275. 293. 335. 383.
Rigler 130.
Riverius 229. 314. 332. 338. 341. 343. 345. 385. 389.
Rœſer 134.
Roux 90. 123.

S.

Saint Andrée 176.
Salius 77.
Samml. zum Gebr. pract. Aerzte (v. Griffith)
Schelhammer 231.
Schenck 346. 352.
Schenfelder 254. 411.
Scheuchzer 207.
Schultz 318.
Schulze 37. 137. 139. 245. 322.
Seebode 37.
Seelmatter 391.
Seger 63.
Select. Francof. 165.
Selle 201.
Senac 78.
Sennertus 10. 340. 343. 364.
Smetius 151.
Sonnenkolb 202.
Stahlius 5. 21. 30. 40. 136. 143. 147. 309.
Störck 244.
Storch 126. 150. 156. 168. 198.
Strack 48.
Swieten 331. 386.
Sydenham 199.

T.

Thebeſius 269.
Thiermair 36.
Tiſſot 279.
Triller 119. 237.
Trnka 109.

V.

Valcarenghi 21.
Valentini 164.
Vaterus 182.
Verdries 50.
Verſuch. von Edinb. 178.
Viridet 29.
Vogel 95. 276.
Vogler 409.
Volkamer 150. 323.

Digitized by Google

W.

Wahlbom 68.
Waldſchmidt 333. 365. ſq.
Weikard 283.
Weiſs 172.
Weygand 51.
White 278.
Wolff 410.

Z.

Zacutus 78. 115. 159. 207. 305. 327. 367.

INDEX II.

RERUM ET VERBORUM.

A.

Abſceſſu thoracis aperto ſoluta hectica 182. ſqq.
Abſorbentium abuſus febres degenerare in hecticam facit 89.
Acceſſiones hecticarum qui contingant? 9.
Achores retropulſi hecticam acciverunt 122.
Acida mineralia hecticis utilia 283. ſqq. vitriolicum in primis ibid. quo frontis exanthema depulſum 307.
Acidulæ hecticis quænam proficuæ? 221.
Acria remedia ſumpta hecticam effecere 97.
Acutam continuam ſubinde hectica mentitur 9.
Adulta hectica quæ? 8.
Aer hecticis qualis ſalubris? 385.
Aeſtus ſolis, lecti, &c. cauſat hecticam 83.
Aetas qvæ obnoxia hecticæ? 41.
Affectus animi hecticam cauſantes 84. in cura ejusdem qui moderandi? 390. ſq.
Agaricus fungus compeſcit ſudores hecticos 212. ſqq.

Digitized by Google

Alopecia cum pediculis hecticæ ſymptoma 40.
Alvus hecticorum qualis? 19 colliquativa 117. ad eam compeſcendam enema 331.
Ammoniacus (v. ſal).
Anchyloſes ab hectica 151.
Antihecticum Poterii 235.
Antipyreta hecticæ quando danda? 272.
Antiſeptica quando præbenda? 271.
Aperientia in hecticæ curatione 216. quotuplicia? 217. ſqq.
Aphthæ hecticis familiares 22. pernicioſæ 187.
Appetentia hecticis plerumque perit 22. nimia vero eſt infantibus multis hecticis 23. automatice obortа ſolvit hecticam 163.
Aquæ ſtagnantis vel frigidæ potus, hecticam inducit 92. ſq. puræ potus eandem curavit 217. dulcis balnea (v. hæc): ſoteriæ in hectica proficuæ 220. præſertim cum lacte 223. martiales item 269. ſqq.
Ariditas corporis in hectica 37
Arthritis hecticæ cauſa 233.
Aſininum lac (v. lac)
Aſſæ carnis abuſus hecticam creavit 89.
Aſthma in hectica 24.
Aureus deglutitus hecticam excitavit 167. quo excreto illa deſiit 178.

B.

Balnea hecticis utiliſſima 313. ſqq. aquoſa tepida 314 ſqq. vaporis 325. oleoſa 326. aquarum ſoteriarum 327. frigida 328.
Balſama hecticis quando danda? 271.
Bathonienſia balnea hecticis noxia 327
Bezoard lapide hecticus curatus 273.
Bibulorum hectica qui curanda 406.? ii lac non bene ferunt 368.
Bilioſæ febres putridæ in hecticam abeunt 130.
Bilis excretione hectica ſoluta 167.

C.

Cachexiæ hecticam generant 81.
Calor æſtatis hecticam ſolvit 158.
Caloris hectici phænomena 12. ſqq.

Digitized by Google

Cancri hecticis utiles 241.
Caprilium lac antihecticum 361.
Carnes quæ hecticis esui concedendæ ? 344.
Carnis abusus hecticam accivit 89.
Carnium jura pro hecticis 341.
Catarrhales febres in hecticam abeunt 130.
Cathartica in hecticæ cura 196. mesenterii obstructiones reserant ibid. in primis rheum cum vel salibus mediis 200. sqq. quando iis abstinendum ? 208. lactis usui præmittenda 371.
Causæ febrium hecticarum 41. sqq.
Cautos hecticam solvit 164. in eandem sæpe migrat 130.
Cautelæ in lacte hecticis dando 371.
Cephalalgia (v. dolor).
Cerasa matura hecticis utilia 378. eorum nuclei deglutiti hecticam genuerunt 90. sqq.
Cerata 332.
Cerevisia medicata pro hecticis 256.
Chyli impeditus in sanguinem transitus hecticæ causa 108. sqq.
Cibi pro hecticis 339. copia dandorum 340.
Cicutæ adversus hecticam virtus 244.
Citri esu curatus hecticus 163.
Clysmatum in hectica varius esus 330.
Cochleæ, earumque succus, jus, decoctum, sunt antihectica 345. sqq.
Color corporis hectici 39.
Consummata hectica 8.
Contagiosane est hectica ? 138.
Cornu cervi gelatina egeri danda emaciatis 343.
Cortex Peruv. antihecticus 285. sqq. curat etiam phthisin mucosam 290. optime jungitur aliis antihecticis 293. quando non dandus ? 294.
Cremores pro cibo hecticorum varii 342.
Crepitus articulorum ab hectica 151.
Curabilis quæ hectica ? 156. sqq.
Curatio hecticæ 189. sqq.
Cutis hecticorum qualis ? 37.

D.

Debilitas hecticorum 38. nimia vetat omnes vacuationes 195. 203. non tamen catharses in vermibus 195. et infarctu mesenterii 208.

Digitized by Google

Deliria hecticorum 31.
Deuteropathica hectica 6.
Diabetes hecticam creat 109.
Diæta hecticorum 338. ſqq. quando præſertim obſervanda? ibid.
Diagnoſis hecticæ 140. quotuplex? ibid.
Diaphoretica hecticam cauſarunt, 102.
Diarrhœa, dyſenteria hecticæ cauſa 117. colliquativa prope mortem indicat 186.
Differentia hecticæ ab aliis febribus 141. ſqq.
Dolores ſævi cauſant hecticam 44. variarum partium in ipſa hectica 28. capitis vetant lactis uſum 370.
Ductus thoracicus (v. vulnus).
Duratio hecticæ varia 147.
Dyſpepta aſſumpta hecticam inducunt 88. excreta eandem ſolvunt 173. ſqq.
Dyſpnœa hecticorum 24.

E.

Effectus varii hecticæ 148.
Elodes febris in hecticam verſa 127.
Emetica in hectica quando danda? 191. 195.
Emſenſes thermæ hecticis utiles 221.
Enemata (v. clyſmata).
Ephemeram hectica mentitur quandoque 9.
Eſſentialis hectica 5.
Exanthemata hecticorum 16. quæ letalia? 187. regreſſa hecticam accendunt 122.
Excreta hecticorum 16. varia hecticam tollunt 166.

F.

Febres variæ in hecticam abeuntes 127. ſqq. putridæ lactis uſum vetant 371.
Febricula (v. hectica, latens, lenta).
Febris acuta continua cum hectica complicata 145. alius naturæ oborta hecticam tollit 164. intermittens tranſplantatione fugata 322.
Fonticuli (v. ulcera).
Fotus 332.
Frigida balnea hecticam febrem in aliam transmutant 328.
Frigus atmoſphæræ hecticam fugat 158 ſqq.
Fructus horæi hecticis utiles 344.
Fungus agaricus (v. agaricus).

Digitized by Google

G.

Gelatinæ maciem hecticam emendant 343.
Genera hecticæ 4. ſqq.
Generales regulæ in curanda hectica 189.
Genetica hectica 6.
Glandium decoctum antihecticum 257. ſqq.
Gonorrhœam ſuppreſſam hectica ſecuta 123.
Grammanni TRa antiphthiſica 273. ſq.
Grimithii MRa antihectica 296. ſqq.
Guajaci decocto hectica excitata 102. 224. ſq.

H.

Habitualis dicta febris hectica 1.
Habitus corporis hecticorum qualis? 34. ſqq.
Hæmorrhagiæ inſignes hecticam cauſant 115.
Hæmorrhagica remedia in hectica quando exhibenda? 245.
Hæmorrhoides ſuppreſſas hectica ſecuta 121. illas tunc revocare, ſi vires ſinant, oportet, non vero in 3. gradu morbi 246
Hæreditaria hectica datur 42.
Hectica febris *quid*? 1
ſtomachica quæ? 87.
alia febre complicata 1.
Hepatis *infarctus* hectic
cauſa 66. 68.
Hordeati *potus* in hect
virtus 350. ſq.
Humanum *lac* (v. lac.).
Humectantia in cura hec
cæ neceſſaria 217.
Humorum jactura inſign
hecticam facit 108.
Hydatides meſenterii hec
cæ origo 62.
Hydrælei *balneum* effic
in hectica 326.
Hydrocardia an hecticam
produxit? 79.
Hydrops *hecticæ* effec
150.
Hypochondria *tumida* la
contraindicant 370.
Hypochondriaci *hecticæ* ob
noxii 43. lac non bene
ferunt 368.
Hyſtericæ ad hecticam pro
næ 43.

I.

Incipiens hectica 7.
Indicationes *in curanda* hectica 189.
Infantes obnoxii *hecticæ* 41
Infarctus viſcerum hecticæ cauſa 48. ſqq.
Inflammatoriæ febris ſubinde hectica initio habitum æmulatur 9.

Digitized by Google

Ingeſta varia hecticam producunt 87. ſqq.
Intermittentes febres in hecticam ſæpe abeunt 133. ſqq. hæc illarum typum quandoque initio mentitur 9. qui ab iis dignoſcatur? 141.
Ira hecticæ cauſa 86. et ſymptoma 30.
Jura pro hecticis varia 341. vitulina cum herbis aperientibus parata ſupplent vices aquarum medicatarum 222.

L.

Lac animale antihecticum 351. præſertim humanum ex uberibus ſuctum ibid. cui proximum bonitate eſt aſininum 356. huic caprillum 361. iſti vaccinum 365. in primis marte vel herbis medicatum ibid. optime vero cum aquis ſoteriis hauſtum 223. cum quibus cautelis potandum? 371. quando contraindicetur? ſerum lactis ipſi lacti ſuffici poteſt 375. vel lac ebutyratum 378. jactura lactis nimia in lactatione hecticam acceriit 114.
Lacrimandi impotentia in hectica 150.
Langvor hecticus 33.
Latens febricula Cœlii 4.
Lectus qualis hecticis ſternendus? 388.
Lenta febris cum hectica ſæpe confunditur 4. epidemice graſſata 48. ab hecticis qui dignoſcatur? 142.
Le alia ſymptomata hecticæ 185. ſqq.
Lethargus hecticis pernicioſus 185.
Lienis infarctus hecticam cauſat 66. uti et ſcirrhus ejusdem 67.
Lienteria hecticis letalis
Litus pro hecticis 332.
Livores arturum hecticis exitioſi 187.
Lues venerea hecticam excitat 82.
Lymphæ jactura inſignis hecticam creat 116.

M.

Maciei hecticæ gradus 34. juncta debilitas vetat evacuationes 195. (v. cathartica, emetica, Væ Ses).
Maraſmodes hectica vix unquam ſanabilis 185.
Martialium in hectica utilitas 221. 266. ſqq.
Medendi ratio hecticæ 189. ſqq.
Medicamenta acria hecticam concitant 97.

Digitized by Google

Menſes ſup reſſi hecticæ cauſa quando revocandi? 245.
Mentha piperitide curatus hecticus 254.
Mercurialia ad hecticam infantum 202. ſq. ſalivationem inducentia hecticam etiam ſubinde moveat 226. ſq.
Mercurii in hecticæ curatione virtus 248. ſublim. corroſivi noxæ 103. et utilitas in herpete curando ibid.
Meſenterii tumores hecticam acciverunt 49. 63.
Metaſtaſes varias hectica conſecuta 118. iisdem ſoluta hectica 182.
Mixtura Griffithii antihectica 296.
Mœror hecticam inducit 84.
Morbi nervorum hecticam afferunt 43.
Morbillorum reliquiæ hecticæ cauſa 122.
Moroſitas hecticorum 30.
Motus corporis hecticis quando imperandus et quando vetandus? 381.

N.

Nervorum morbi hecticam provocant 43
Nexus p. n. viſcerum hecticos reddit 45.
Nucleis fructuum deglutitis hectica orta 90. ſqq.
Nucum eſu hectica curata 164.
Nutricis lac (v. lac humanum).

O.

Oedemata efficit hectica 148.
Olei balneum pro hecticis 326.
Orthopnœa 24. letalis hecticis 185.
Os deglutitum hecticæ cauſa, quæ illo excreto deſiit 178. ſq.
Oſtreorum eſu curata hectica 163. 344.
Ova pro cibo hecticorum 342.
Ovariorum tumoribus comes hectica 69.

P.

Panatella cibandi hectici 341.
Pancreatis ſcirrhus hecticam induxit 64. ſq.
Paralyſis hecticis funeſta 185.
Paſſulæ antihecticæ 229.
Pathemata animi (v. affectus).

Digitized by Google

Pediculoſi hectici conſummati 40.
Pericardii tabes an detur? 77.
Peripneumoniæ non judicatæ ſuccedens hectica 128.
Perſpiratio imminuta hecticæ cauſa 118.
Petechiales livores hecticorum. 22. letales 187.
Phthiſis eſt ſæpe contagioſa 139. hecticæ effectus 151. mucoſa cum hectica cortice curata 290.
Pica in puero hectico 23. 49.
Pilis ore excretis hectica finita 180. ſq.
Piparato potu conſcita hectica 98. ſq.
Piſces ſaxatiles hecticis utiles 344.
Plantæ acrem humectantes 386. ſq.
Pleuritis imperfecte judicata in hecticam abiit 128.
Polypus cordis an hecticæ cauſa? 74. ſq.
Poterii antihecticum 235.
Potus varii pro hecticis 350. ſqq.
Primaria hectica 5.
Primus quis hecticam optime deſcripſerit? 3.
Prognoſis varia in hectica 147.
Protopathica hectica 5. negatur a Stahlio ibid.
Ptyaliſmus mercurialis hecticam produxit 226. ſq.
Ptiſana pulli 341. hordei 350.
Pulſus hecticorum 12.
Pulticulæ pro cibo hecticorum 342.
Purulentæ cachexiæ comes hectica 81.
Pylori ſcirrhus hecticam generat 65.

Q.

Quaſſia in hectica efficax 254.
Quies hecticis quando neceſſaria? 383.
Quotidiana febris hecticam ſuſtulit 166.

R.

Ranarum eſus hecticis utilis 344.
Raucedo hecticorum 24.
Recidiva hecticæ ominoſa 185.
Regulæ curandi hecticam 189.
Remittentes febres abeunt ſæpe in hecticam 130.
Reſolventia in hecticæ curatione 256.
Reſtaurantia jura 341. ſq.
Rhei in hectica infantum virtus 200. ſqq.

Digitized by Google

S.

Saccharum Saturni non tuto datur hecticis 274. 279.
Sal ammoniacus, ejusque ſpiritus quando utilis? 235.
Salium volatilium abuſu nata hectica 97.
Salivatio (v. ptyaliſmus).
Sanguinis jactura major facit hecticam 115. ſqq. vel ejus vacuationes conſvetæ neglectæ 120. miſſio in hectica quando locum habeat? 308.
Saturnina non tuto dantur hecticis, etſi a multis commendata 273. ſqq.
Scabies pruriens hecticam inducit 91. uti et retropulſa 122.
Schetica febris quæ? 2.
Schwalbacenſes acidulæ hecticis conducunt 221.
Scirrhi viſcerum hecticam generant, ut meſenterii 53. pancreatis 64. pylori 65. lienis 67. vetant uſum lactis 369.
Selteranæ aquæ in hectica virtus 221.
Semina varia pro cibo hecticorum 344.
Seminis jactura nimia hecticam accerſit 117.
Senes hecticæ obnoxii 41.
Seri excretio uberior hecticæ cauſa 116.
Serum lactis hecticis profi-cuum 375.
Sitis hecticorum 23.
Situs viſcerum p. n. ad hecticam diſponit 44.
Solvitur varie hectica 158.
Somnus in hectica quousque concedendus? 389.
Soteriæ aquæ hecticis proſunt (v. aquæ).
Spaſmi in hectica 31.
Spirituoſis potibus hectica contracta 92. ſqq.
Spirituum diſpendium creat hecticam 118.
Sputa hecticorum 19. iis hectica ſoluta 167.
Steatomata meſenterii hecticam generant 51.
Stomachica hectica 87.
Stomachicorum in hectica uſus 253.
Subjecta lac non ferentia 368.
Succus paſſularum antihecticus 229.
Sudores hecticorum 21. pedum ſuppreſſi hecticam intulere 118. ſq.
Symptomata hecticæ 8. ſqq. quæ letalia? 185. ſqq.
Symptomatica hectica 6. negatur a Fiſchero ibid.
Syphilis hecticam producit 82.

Digitized by Google

T.

Temperamentum quale hecticæ in primis faveat? 41.
Terrea absorbentia hecticam creant 89.
Terror hecticam infert 85.
Testudinum esus hecticis salubris 344. sq.
Theæ cum lacte potus profuit 366.
Thermæ quæ hecticis utiles? 221.
Thoracicus ductus (v. vulnera).
TRa antiphthisica Grammanni 273. sqq.
Tonica in curanda hectica necessaria 252.
Tumores viscerum hecticam creant 48. sqq. vel alii etiam citra crisin subsidentes 126. peculiares hecticorum 148. sq.
[illegible]lis hecticorum 26.

V.

Vaccinum lac (v. lac).
Valvulæ [illegible]dis in hectico morbosæ 6.
Vaporis balneo curata hectica 325.
Variolarum [illegible]uiæ hecticam creant [illegible]
Venæ sectio quando in hectica necessaria? 308. sqq. in debilibus facta eam accersit 115.
Venerea lues hecticæ causa 82.
Ventriculi situs pravus hecticam creavit 44. tumores item 65. verrucæque et scirrhi ibid. ejus debilitas lac non fert 368.
Venus nimia hecticam accersit 117.
Vermes hecticæ causa 105. queis vomitu excretis illa desiit 171. sqq.
Veronicæ decocto curata hectica 272.
Verrucæ ventriculi hecticæ causa 65.
Veteres coævi Coo hecticam non descripsere 3.
Vicennales hecticæ visæ 147.
Vigiliæ hecticorum 30.
Vinum immoderate, potum hecticæ causa 95. ex accidente hecticis utile 171. sqq. quando concedendum? 379. sqq.
Viscerum vitiis hectica accita 44.
Vitrioli albi contra aphthas virtus 202.
Ulceribus viscerum comes hectica 81. ead. arte facta curant hecticam 333. nimium vero suppurantia eandem causant 116. 242.

Digitized by Google

uti et præmature ſanata 123. interna vetant lactis uſum 369.
Uncus argenteus deglutitus hecticam cauſavit 90.
Vox qualis hecticis? 24.
Urinæ hecticorum 16. pingues non ſemper letales 188.
Urticali febri imperfecte judicatæ ſuccedens ca 122.
Vulnus thoracici ductu fticæ cauſa 109.

W.

Wisbadenſes thermæ fticis ſalubres 221.

Errores corrigendi.

p. 147. 163. pro 145. 161.
p. 186 lin. 14. ſq. lapicdia *leg.* lapici*da*
p. 194. lin. 16 30 . . . *leg.* 3°

BUDAE
TYPIS CATHARINAE LANDERER, VIDUAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google